Textus ſequē tiaꝝ cum expoſitione lucida ac facili. ſacre ſcripture auctoritatibus aliorumqꝫ exemplis creberrimis roborata. vna cū vocabulorum explanatione.

Pract. th. II. 97.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

GRates nunc omnes reddamus domino deo
qui ſua natiuitate nos liberauit de dyaboli/
ca poteſtate.

¶ Iſte liber (cui⁹ ſubiectū eſt laus diuina) in honorē
oipotētis dei ⁊ glorioſe ꝟginis dei genitricis marie di
uerſorūq̷ sanctoꝝ ⁊ ſctāꝝ ꝯgregat⁹.diuidit᷑ in tot ꝑtes q̄t ſunt cātica in
honorē dei ⁊ glorioſiſſime virginis marie ⁊ alioꝝ ſctōꝝ ⁊ ſctāꝝ ꝯpoſita.
ꝑtes patebūt in ꝓceſſu. Quia ꝟo ſꝫ pħꝫ de dignioribꝫ ṗoꝛ ē ſpeculatio.iō
autoꝛ noſter libꝝ ſuū ichoat a digniſſima ſolēnitate.ſ.a natiuitate xpi Et
ſm hoc ṗma ꝑs diuidit᷑ in tres ꝑtes ſm ꝙ ſūt tria cātica ꝯpoſita de nati
uitate xpi.ſcda ꝑs ibi. Natus ante ſecula.tertia ibi. Eya recolam⁹. Pri/
ma ꝑs diuidit᷑ in duas ꝑtes. Primo hoꝛtat᷑ nos ad laudādū deū.ſcdo dat
cām opoꝛtunitatꝫ q̄re h̄ fieri dꝫ.ſcda ibi. Huic opoꝛtet ⁊c̄.dicēs ṗ° Nos
(oēs).ſ.xpifideles (reddam⁹).i.reddere debem⁹ (nūc).i.in p̄ſti die (do
mino deo).ſ.glorioſo (grates).i.grāꝝ actōes (q̇).ſ.de⁹ glioſus (liberauit
nos).ſ.pctōꝛes q̇ eram⁹ ꝓpter pctm̄ eterno ſupplicio deputati (ſua natiui/
tate).i.ꝑ ſuā natiuitatē.ſ.tꝑalē (a dyabolica poteſtate).i.ꝑpetua moꝛte q̄
eramus ſub demonum poteſtate.

¶ Notandum.ꝙ beatus Gregoꝛius merito incipit ſuum libꝛum a na
tiuitate xpi.quia pꝛimoꝛdialis ſalus per natiuitatē xpi mūdo illuxit.
Itē nota p̄ns exhoꝛtatio nō ſolū ꝓclamat᷑ in theologia.ſꝫ etiā in pħia.vn̄
in.ix.ethycoꝝ dr̄. Dijs parētibꝫ ⁊ mḡris nūq̷ reddit᷑ equalēs. Item.v.
meth.⁊ ṗmo celi. Ab hoc q̇dē ente cūctis deriuatū eſt eē ⁊ viuere.his q̷
dem clarius.his vero obſcurius. Itē.xi.meth. Ab hoc q̇dē ente depen/
det celū ⁊ tota natura. ¶ Itē nota ſequētia p̄ns cātatur in medio noctꝫ ꝑ
quā oſtēditur ṗma eius natiuitas. Vn̄ triplex deſcribit᷑ natiuitas filij dei
Pꝛima ē a patre q̄ dr̄ eterna,de qua dr̄ Iſaie.liij. Gn̄atione̅ eius q̇s enar
rabit.qd̄ ſm Hiero.intelligit᷑ de gn̄atione diuinitatꝫ q̄ inenarrabilis ⁊ in
cōpꝛehēſibilis ē.⁊ talis ē a patre ſine matre. Scda ē tꝑalis q̄ xps tꝑaliter
natus eſt ex matre ꝓpter noſtrā ſalutē quā exṗmit gabꝛiel cū dr̄. Aue grā
plena. Siſr̄ Iſa.vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū ⁊c̄.⁊ talis ē a ma
tre ſine patre Tertia natiuitas contingit in coꝛdibꝫ chꝛiſtifideliū.⁊ dici
tur ſpiritualis,in quibus aliquando pꝛopter peccata xps ſpiritualit᷑ moꝛ
tuus eſt et per gratiam renaſcitur. Modo pꝛima natiuitas eſt valde oc/
culta hominibꝫ.ideo pꝛima ſequentia occulte cantatur tempoꝛe noctis.
Sed ſecūda natiuitas eſt aliquo modo perceptibilis.ideo in auroꝛa can
tatur. Sed tertia natiuitas communis omnibꝫ ē ideo claro die decantat᷑.
¶ Pro declaratione terminoꝝ nota. Grates eſt nomen feminini generis
pluralis numeri ſolum habens grate in ablatiuo ſingulari.⁊ talium ſunt
quattuoꝛ Unde Celite vepꝛe ſimul cum viſcere grate requirunt. In pꝛi
mo ſextum ſed nil pluralibꝫ abſit. ¶ Itē reddam⁹ ꝯponit᷑ a re ⁊ do.⁊ in/
terponit᷑ d ꝓpt᷑ euphoniā. Itē dyabolica ē nomē adiectiuū deriuatum a
nomine dyabolus Et dr̄ a dya qd̄ eſt duo.⁊ bolus moꝛſus.q̄ſi duplicitex

moꝛdens.quia ledit hominem in coꝛpoꝛe et anima.

Huic opoꝛtet vt canamus cū angelis ſemꝑ gloꝛia in excelſis

¶ Hic autoꝛ oſtendit opoꝛtunitatē ⁊ neceſſitatē q̄re debemꝰ deo reddere grates.dicēs(Opoꝛtet).i.opoꝛtunū ē(vt canamꝰ ſꝑ).ſ.oꝛe ⁊ mēte(huic).ſ.xp̄o redēptoꝛi noſtro(cū angelis)ſcꝫ annūciātibꝫ eiꝰ natiuitatē(gloria in excelſis)hoc canticū leticie.qđ ⁊ ipſi āgeli in ſua natiuitate cātabāt

¶ Notandū in ſcholaſtica hyſtoꝛia legit̄.ꝙ tꝑe natiuitatis om̄ipotentis vnꝰ angelus loquutꝰ erat paſtoꝛibꝫ dicēs.Annūcio vobis gaudium magnū.qꝛ natus ē nobis hodie ſaluatoꝛ mūdi.quo dicto ſtatī multitudo celeſtis exercitꝰ erat cū angelo iſto ⁊ cātabāt glīa in excelſis deo. ¶ Itē no.ꝙ ex iſto dicto ꝓbat̄ ⁊ infert̄ opoꝛtunitas q̄re debemꝰ grates reddere deo et ip̄m laudare.q̄ſi di.ſi angeli laudauerūt deū q̇ nō ſubiacebāt moꝛti ſeu dānationi vel moꝛtalitati.q̄to magis nos q̇ ſumꝰ dānati ⁊ ſumꝰ moꝛtales debemꝰ laudare deū.qđ ptꝫ ꝑ locū a minoꝛi.qꝛ ſi illud qđ minus videtur ineſſe ineſt.etiā tūc illud qđ magis videt̄ ineſt.Modo minꝰ videtur angelis neceſſariū q̄ꝫ hoibꝫ.ḡ opoꝛtunū ē ꝙ nos debemꝰ laudare deum.

Itē nota.illud cāticū glīa in excelſis cantat̄ ad reꝑſentādū illud gaudium quo gauiſi ſūt angeli in natiuitate xp̄i de hūani gn̄is recōciliatiōe ⁊ de ruine eoꝝ reſtauratione.Ante natiuitatē eī̄ xp̄i tres fuerūt inimicitiaꝝ parietes.Primꝰ fuit inter deū ⁊ hoiem.Scđs inter angelū ⁊ hoiem.Tertius inter hoies ⁊ hoies.hō nāꝗ ꝑ inobedictiā ſuū creatoꝛē offenderat.⁊ ip̄m dereliq̄rat.Angelꝰ eī̄ de hoie ꝯq̄rebat̄ ꝙ ip̄m ſua reſtauratōe fraudauerat.hō aūt de āgelo ꝙ ip̄m deceperat.Homo ab hoie ꝑ varios ritꝰ ſe ſeꝑauerat.iudeus nāꝗ ceremonias excolebat.gētiles idolatriā exercebāt ⁊ ritus vniꝰ alteri diſplicuit.Sꝫ ipſe xp̄s pax nr̄a fecit vtraꝗ vnū vt dꝛ Heb.ij.deſtruxit eī̄ inimicitiaꝝ materiā.⁊ ꝯcurrentes parietes in ſe angulari lapide copulauit vt decetero eſſet vnū ouile ⁊ vnꝰ paſtoꝛ.Abſtulit ergo p̄mo peccatū ⁊ recōciliauit hoiem deo.Scđo reꝑauit caſuꝫ angeloꝝ ⁊ recōciliauit angelo hoiem.Tertio deſtruxit ritꝰ varios ⁊ recōciliauit hoiem hoi q̄n vtrūꝗ ꝑplm̄ in vna fide vniuit.Reſtaurauit igitur ſm̄ ap̄lm ad Ephe.p̊.ca.q̄ in celis ⁊ in t̄ris ſūt.Etiā ob hec iſta celeſtis multitudo pſallebat glīa in excelſis deo.⁊ in terra pax hoibꝫ.i.iudeis ⁊ gentilibꝫ.In eo ꝙ angelꝰ loq̄bat̄ paſtoꝛibꝫ ſatis apparet ꝙ pax inter deū ⁊ hominē ē reformata.naſcit̄ deus ⁊ hō.ideo ꝙ pax inter hoies ⁊ hoies ē reparata.ꝑ bouē eī̄ iudaicus.ꝑ aſinū gētilis ꝑpl̄s deſignat̄.iuxta illud Iſa.p̊moca.Cognouit bos poſſeſſoꝛē ſuū ⁊ aſinus p̄ſepe domini ſui.

¶ Pro declaratiōe terminoꝝ no.Opoꝛtet ē v̄bū iꝑſonale.⁊ declinat̄ tm̄ ꝑ tertias ꝑſonas.Iñ opoꝛtunꝰ.i.neceſſariꝰ.Iñ opoꝛtunitas.i.neceſſitas.

¶ Itē nota gloꝛia in excelſis capit̄ dupl̄r.Primo formal̄r ⁊ ſcatiue.⁊ ſic ſunt duo termini diſtincti ⁊ ſic nō vident̄ ſonare hic in l̄ra.Scđo mō capitur hoc ꝯplexū material̄r ꝑ ſola voce.tūc glīa in excelſis ē vna dictio materialiter capta neutri generis indeclinabilis per hāc regulam.Dictio quecūꝗ ⁊c̄.⁊ ſic ponitur hic.tunc eſt ſenſus littere.opoꝛtet ꝙ canamus illud canticū qđ angeli cantauerūt qđ incipitur ſic.Gloꝛia in excelſis deo ⁊c̄.

NAtus ante ſecula dei filius inuiſibilis interminis.
Per quē fit machina celi ⁊ terre mariſ ⁊ ī his degētiū
Per quem dies et hore labant et ſe iterum reciprocant.
Quem angeli in arce poli voce conſona ſemper canunt

¶ Iſtud iā eſt canticū ſcdm qd cantatᷣ in laudē dei tꝑe natiuitatꝭ .in quo
autor tria facit. Et ſm hoc diuiditᷣ hoc canticū in tres ꝑtes Primo oñdit
xp̄m natū Scdo oñdit modū natiuitatꝭ Tercio cōmēdat beatā ꝟginē di
rigēdo petitōes ad xp̄m. ſcda ibi. Hic corpꝰ. tercia ibi Gaude dei genitrix
Prima ps adhuc diuiditᷣ in duas ꝑtes. in ṗma atteſtatᷣ filiū dei eſſe natū.
in ſcda enūerat quaſdā ꝟtutes ab eo depēdētes. ſcda ibi Per quē fit ma
china. Et legantᷣ ꝑtes ſil' cā breuitatꝭ .dꝛ ſic (Filius dei) ſcꝫ q̇ ē (inuiſibi-
lis) ſcꝫ ſm diuinā naturā (interminis) .i. ſine termino (natꝰ) ſcꝫ a deo pa-
tre eterna generatōe (añ ſecula) .i. añ originē mūdi (ꝑ quē) ſcꝫ filiū q̇ ē ver
buꝫ dei q̊ celi firmati ſunt. vt dt pſalmiſta (fit machina) .i. ſtructura (celi)
id eſt ſpheraꝝ celeſtiū (⁊ terre maris) .i. ſpheraꝝ elemētoꝝ (⁊ degentiū)
id ē vitā ducentiū (in his) ſcꝫ in celo ⁊ terra Et iteꝝ (ꝑ quē) ſcꝫ filiū (di-
es ⁊ hore labāt) .i. ꝑtereunt ⁊ trāſeunt (⁊ ſe iteꝝ reciprocāt) .i. alternatꝭ
vicibꝰ redeunt (Quē) ſcꝫ filiū (angeli) .i. beati ſcꝫ exñtes (in arce) .i. in alti
tudine (poli) .i. celi (canūt) id ē collaudāt (ſꝑ ꝯſona) id eſt cōcordi (voce)
¶ Nota in illa lr̄a tanguntᷣ duo. ṗmo tangitᷣ filij dei humilitas q̄tuꝫ ad
humanitatē qñ dꝛ (natꝰ) ſcdo tangitᷣ dei potētia .qñ dꝛ (ꝑ quē fit machi-
na) ⁊c. De ṗmo dt beatꝰ Gre. In hoc em̄ apparet humilitas dei. qꝛ ho-
die mirabiliter ꝯuenit ſummus ⁊ infimus. antiquus ⁊ iuuenis. magnꝰ ⁊
paruus. diues ⁊ pauper. ¶ Primo dꝛ ſummus ⁊ infimus . qꝛ hodie al-
tiſſimus deus (cuius altitudinē nulla creatura attingere p̄t) apparet tā q̄s
infimus in mundo Vñ apl's ad Gal. iiij. Quando venit plenitudo tꝑis
miſit deus filiū ſuū vnigenitū factū ex muliere factū ſub lege. vt eos q̇ ſub
lege erant redimeret ¶ Scdo dꝛ antiquus ⁊ iuuenis. qꝛ deꝰ fuit ab eter-
no ⁊ ſine ṗncipio. g̊ antiquus. ſꝫ puer modo natus eſt. iō iuuenis eſt Et
ſic ptꝫ ꝙ idē filius eſt minoꝛ ⁊ ſenioꝛ matre. iunioꝛ q̄tū ad humanitatem
antiquioꝛ ſiue ſenioꝛ q̄tū ad deitatē ſiue diuinitatē Vñ btūs Berñ. Pu
er iacēs in p̄ſepio fleuit corā matre. ridebat corā angelis ī celo ¶ Tercio
dꝛ magnus ⁊ paruus. magnus em̄ eſt. qꝛ totū mundum ſua manu ꝯſer-
uat Et dꝛ paruus. qꝛ in vtero ꝟginis ꝯtentus eſt Vñ beatus Grego.
Quē totus nō capit orbis. in tua ſe clauſit viſcera ¶ Quarto dꝛ diues ⁊
pauper Nam cum eſſet rex regum dñs dominantiū factus eſt ſeruus ſer
uoꝝ Vñ in euangelio Filius hominis nō venit miniſtrari ſꝫ miniſtrare.
Item paulus in ep̄la ad Gal. iiij. Quanto tꝑe heres paruulus ē nihil
differt a ſeruo ¶ Scdo in lr̄a tangitᷣ etiā eius potentia. cū dꝛ (ꝑ quem fit
machina) ⁊c. hoc atteſtatur Geneſis .i. ca. vbi legitur In ṗncipio creauit
deus celū ⁊ terrā Itē pſalmiſta. p̄s. xlviij. qꝛ ipe dixit ⁊ facta ſunt. ipe mā-

dauit ⁊ creata ſunt Itē apl' s ad Roma. xi. Ex quo omnia. ꝑ quē oīa. in
quo oīa ⁊c. ¶ Item nota. autor dr̄ Natus ante ſecula. hoc exponitur tri/
pliciter Primo natus ꝑ ꝓuidentiā diuinam ante ſecula. id eſt ante crea/
tionem mundi. quare dr̄ dominus ꝑ ſe Ego ſum alpha ⁊ o. id eſt pͥmus
et nouiſſimus Vñ certum eſt anteq̄ deus creauit celum ⁊ terram ſciuit
filium ſuum naſciturū de virgine. ⁊ ergo dr̄ in ſymbolo Athanaſij Eter/
nus pater. eternus filius. eternus ſpūſſanctus Secundo exponitur ſic.
(Natus ante ſecula) id eſt ante ſaluatōnem mundi. q2 ante ſaluatōnem
mundi nō merebatur vocari mundus. ſed mundus dānatus Tercio ex/
ponitur ſic (Natus ante ſecula) id eſt ante tempora centū annoꝝ ſeu vl/
time etatis. q2 ſeculum ẜm grāmaticos ſ͛cat tempus centum annoꝝ per
q̄d durat ſucceſſio alicuius generatōis Unde legimus ꝙ ante natiuita/
tem xp̄i mundus fuit ꝯſtitutus ꝑ quinq̄ milia ⁊ ducentos annos minꝰ
vno anno. vt pꝫ in his verſib' Ante ieſum duo. c. minus vno milia q̄nq̄
Annos dat ab adam donec xp̄s homo factus Sed a natiuitate xp̄i vſq̄
ad nunc ſcribitur anno domini. M. cccc. lxxxxix. ſed de fine mundi nulla
datur certitudo. vnde in euangelio dr̄ Nō eſt veſtꝝ noſce tp̄a vel momē
ta que pater poſuit in ſua poteſtate ¶ Item nota littera dr̄ Natus ante
ſecula. xp̄s eñ natus eſt ineffabiliter ẜm diuinitatē de patre ſine matre añ
omnia ſecula. naſci etiam voluit ineffabiliter ẜm humanitatem de matre
ſine patre in fine tempoꝝ Et ẜm vtrāq̄ natiuitatē tēporalē ⁊ eternalem
eſt filius regis. quia regis eterni de qua ſic inquit apl's ad Roma. pͥmo
dicens Pater promiſit euangelium de filio qui filius dei fuit dominus
ẜm diuinitatem. factus eſt eñ ad honorē. quia ad nomē dei clarificandū
Johis. xvij. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus Sed ẜm nati
uitatem temporalem natus eſt ex ſemine Dauid. id eſt de maria que fuit
ex ſtirpe Dauid Luce primo Dabit ei dominus ſedē Dauid patris ſui
ẜm carnem. nō ẜm diuinitatem ẜm quam factus nō eſt ſed factor oīm eſt
¶ Item xp̄s ſeptem modis oſtenſus eſt eſſe filius dei ꝑ ſpm̄ ſanctifica/
tionis Primo. q2 conceptus eſt ꝑ ſpiritumſanctum Luce pͥmo Spiri/
tuſſanctus ſuꝑueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi Et dicit
pͥmo Quod in ea natū eſt. de ſpirituſancto eſt Scđo. q2 donis nō ad
menſurā repletus ꝑ ſpiritūſanctū Tercio dedit deus ſpm̄ filio ſuo qui
demonſtratus eſt ꝑ filium ſeu ſpiritum Joh. pͥmo Super quem vide/
bis ſpiritum Quarto. quia clarificatus per ſpiritum Joh. xvi. Ille me
clarificabit ⁊c. Quinto. quia apoſtolis inflando dedit Joh. xx. Acci/
pite ſpiritūſanctum Sexto. quia de celo miſit ſpiritum Actuū. ij. Fa/
ctus eſt repente de celo ſonus ⁊c. Septimo. quia his qui ſe conuertūt
ad ip̄m dat ſpiritum ad Eph. pͥmo In quo ſignati eſtis ſpiritu Item
nota xp̄s voluit nos ſaluare nō ꝓpter noſtra merita nec noſtra bona opa
ip̄m mouerunt ad ſaluandum. ſed ſola miſeratio ſue pietatis ꝓpter quod
dr̄ apoſtolus ad Titum iij. Non ex operibus iuſticie que fecimus nos.
ſcꝫ ꝑus. quia nulla bona opera feceramus ſed potius multa mala Era/
mus eñ inimici eius ad Romanos. v. ⁊ in offenſa ſua que nunq̄ placari
potuit niſi per aſperſionē ſanguinis ieſu chriſti. quia dicebat propheta ꝑ
nunc in pſalmo Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt. non eſt

quí faciat bonum non eſt vſqꝫ ad vnum ſcꝫ chriſtum ¶ Itē̄ littera
dr Natus.qꝛ pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus fuerunt indiuiſibiles ſm eſſen
tiam ꝛ diuinitatē.ſed nō ſm pſonas.qꝛ aliqd vni ↄuenit pſone qđ nō ↄue
nit alteri pſone Ex hoc ptꝫ ꝙ tota eſſentia eſt increata. ꝛ ſilitudo exp̄mit̄
per metriſtam dicentem Nix glacies ꝛ aqua tria nomina res tamen vna
Sic in pſonis trinus deus eſt tamen vnus ¶ Item nota.lr̄a dr inuiſibi
lis.quia oīe viſibile eſt lucidum ꝛ mixtum.deus aūt eſt ſubſtantia ſim-
pliciſſima ſimpliciter independens.vt patꝫ.xij. metaphice.
Pro declaratōne terminoꝝ nota Interminus eſt idem ꝙ ppetuus ꝛ
dꝛ quaſi ſine termino ꝛ eſt nomen adiectium deriuatum a noīe terminus
¶ Item machina tria ſcat.vn̄ verſus Machina res belli.rota machina
machina mundi Itē dr degentiū .i. in paupꝛtate viuentiū.ꝛ degens eſt
pticipiū huius verbi dego qđ ſcat in paupꝛtate viuere Item labo as
are eſt antiquū verbum ꝛ valet in tantum ſicut cadere Item dicit̄ re-
ciprocant a reciproco as are qđ ſcat reflectere ſiue inclinare

¶ Hic corpus aſſumpſerat fragile ſine labe originalis crimi
nis de carne virginis quo primi parentis culpam eueqꝫ laſci
uiam tergeret.

¶ Hic autor oſtendit modū natiuitatis xp̄i Et diuidit̄ in duo Primo
facit hoc qđ dictū eſt Scđo ꝓbat diē natiuitatis chriſti eſſe ornatum di
uerſis miraculis.ſcđa ibi Hoc pn̄s diecula ꝛc̄. Et p̄mo dr ſic (hic) ſcꝫ fi-
lius dei (aſſumpſerat) ſcꝫ hypoſtatica vnione (corpꝰ) ſcꝫ humanū (fragi-
le) id eſt paſſibile (ſine labe) id eſt ↄtagione vel macula (originalis crimi
nis) id eſt peccati.aſſumpſerat inquā ipam humanā naturā (de carne)
id eſt puriſſimis ſanguinibꝫ (Marie virginis.quo) id eſt p quā incarna-
tionē (tergeret) id eſt ablneret.expelleret remoueret (culpā) id ē peccatū
(p̄mi parētꝭ).ſ.ade (ꝛ tergeret laſciuiā) .i.petulantiā ꝛ iobedientiā (Eue)
cuius inſtigatōe Adam p̄ceptū dn̄i puaricatus erat Notandū in lr̄a
tangunt̄ duo Primo tangit̄ modus natiuitatis chriſti.cū dꝛ ſine labe ori-
ginalis criminis Scđo tangit̄ cauſa natiuitatis cū ſubiungit̄.quo primi
parentis ꝛc̄. De p̄mo dr btūs Gregorius ꝙ natiuitas chriſti fuit ſupna-
turalis.quia preter curſum nature facta eſt Non em̄ ex cōmixtione viri-
li.neqꝫ per corruptōnem virginitatis ſeu caſtitatis Et ergo dꝛ Yſaie vij.
capitulo Ecce virgo concipiet et pariet filium Et alibi Virgo in partu
virgo ante partum.ꝛ virgo poſt partum Ideo Bernardus dr Nec ſide
ri radius ſuam minuit claritatem nec virgini filius ſuam integritatem
¶ Secundo ꝙ hec natiuitas chriſti fuit ſupernaturalis oſtendit beatus
Gregorius quando deſcribit annunciatōnem virginis factam ab ange-
lo. Unde beata virgo dixit. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non
cognoſco Reſpondens angelus dixit. Spirituſſanctus ſuperueniet in
te.et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. ¶ De ſecundo dicit beatus
Auguſtinus.ꝙ natiuitas chriſti fuit mundo neceſſaria tribus de cauſis

De natiuitate domini

Prima vt xp̄s eſſet mediatoꝛ dei ⁊ hoīm vt recōciliaret nos deo patri. qꝛ
ipſe xp̄s eo ꝙ fuit deꝰ factꝰ eſt ꝑͥceps nr̄e nature. vt faceret nos ecōuer-
ſo ꝑͥcipes deitatꝫ Et ſic dꝛ ad Gal. iij. Mediatoꝛ nō ē vnius ſꝫ duoꝛuꝫ
ſcꝫ diuine ⁊ humane nature Sc̄da cā ē. vt poſſimꝰ habere beatā ꝟginē
matrē dei tāq̄ꝫ aduocatricē ⁊ adiutricē. q̄ intercederet ꝓ nobis ad dn̄m
filiū ſuū dilectū. qꝛ dicta eſt mr̄ mie. nā ip̄a ꝯtinuis p̄cibꝫ orat ꝓ mundo
ad filiū ſuū dilectū. ⁊ qꝛ filius tenetᷣ audire matrē. ꝓuidētia dei ſic ordina-
uit vt filiꝰ dei naſceretᷣ de pura ꝟgine q̄ mater dei appellatᷣ Tercia cā ē
qꝛ ip̄e deꝰ an̄ natiuitatē fuit īpaſſibil' ⁊ īcoꝛruptibil'. ſi g° mundꝰ redimi de-
buit. xp̄m pati opoꝛtuit. vn̄ dꝛ in euāgelio Nōne opoꝛtuit pati xp̄m et ita
intrare in gloꝛiā ſuā. ⁊ ſi debuit pati. opoꝛtuit vt humanitatē aſſumeret. q̄
mediante paſſibil' efficeretᷣ Itē nota ꝙ xp̄s ꝑ opꝰ incarnatōis foꝛtiſſima
vicit q̄ in mūdo ſunt Primo eīn vicit ſeip̄m ex ꝓfunda humilitate ⁊ per
ſanctiſſimā charitatē. vt cū deus eſſet vellet hō fieri q̄ in Adam erat ex lu-
to foꝛmatus. ſic eīn exinaniuit ſemetip̄m ꝑ humilitatē q̄ ad noſtrā appa-
rentiā. vt ille q̄ hꝫ foꝛmā dei etiā moꝛiatᷣ in foꝛma ſerui. ⁊ inclinato capite
ſp̄m emitteret. vn̄ ad Phil'. ij. Exinaniuit ſemetip̄m foꝛmā ſerui accipiēs
Et in foꝛma ſerui moꝛiens deſpectꝰ atq̄ꝫ ꝯtēptus in cruce ¶ Sc̄do vi-
cit dyabolū q̄ tante erat foꝛtitudinis vt vſq̄ꝫ ad infernū vel inferni limbū
totū genus humanū attraxerat. ⁊ ita foꝛtis vt de ip̄o dn̄s diceret Lu. xi.
Dū foꝛtis armatus cuſtodit atriū ſuū. i. qn̄ dyabolus circūdat hūc mun-
dū q̄ atriū eſt ip̄ius. vel cuſtodit atriū. i. īfernū. in pace ſunt oīa q̄ poſſidet
nō in pace bona ſꝫ mala. qꝛ nemo p̄ter deū queq̄ꝫ de ip̄ius potuit eripere
poteſtate ¶ Tercio vicit in foꝛtitudine ſua totū mūdū. vt habetᷣ Jo. xvi.
¶ Quarto vicit in pn̄ti ope incarnatōis humane oēm intellectū angeli-
cum pariter ⁊ humanū Quis eīn plene excogitare poterit moduꝫ dn̄ice
incarnatōis. neq̄ꝫ angelus quiſq̄ꝫ. neq̄ꝫ hō. neq̄ꝫ ars creati intellectꝰ Jo-
hānes eīn baptiſta. q̄ cōparatꝰ ē angelo. ſe ītelligere nō poſſe cōmemoꝛat
huius incarnatōis modū nec ſoluere poſſe nodū indiſſolubilē ꝑ vocis ex-
preſſionē q̄ quaſi calceꝰ humanitatꝫ aſſumptꝰ eſt ꝑ ſubam diuinitatꝫ. iō
dt Jo. Nō ſum dignus ſoluere coꝛrigiā calciamenti eius. i. apire moduꝫ
vnionis deitatꝫ ⁊ humanitatis Quis vnq̄ꝫ maius vinculū audiuit. qꝛ hō
de ꝟgine natꝰ. potētiꝰ opꝰ foꝛtaſſis q̄ꝫ creatio mūdi tota. vt dt be. Aug.
¶ Sꝫ quare xp̄s voluit naſci de ꝟgine Reſpondetᷣ p̄mo ꝙ ideo. qꝛ mu-
lier in paradiſo ſine cā peccauit. vt ſicut p̄ma mater poſt trāſgreſſionē co-
rupta mater facta ē culpe. ſic mater gr̄e (q̄ integre debuit lapſum ⁊ culpaꝫ
eue poſt integratōem ⁊ reꝑatōem culpe reꝑare ꝑ grām) mr̄ debuit inuio-
lata ꝑmanere Conſonū eīn erat vt q̄ ſuadēte ſerpente coꝛrupta erat men-
te coꝛrūperetᷣ ⁊ coꝛꝑe filios ꝓcreando. ⁊ q̄ nūq̄ꝫ coꝛrupta ē mente filiū ge-
nerans nūq̄ꝫ coꝛrūperetᷣ. vt ſic virgo ſua integritate fieret cā ſalutis. ſicut
mulier p̄us mente coꝛrupta cā erat noſtre ꝑditōis. vt integritas ꝟginis
coꝛruptōem mulieris reꝑaret Vn̄ btūs Bern̄. in quadā omelia ſic inquit
Celeſti roꝛe terrā irrigauit cū de viro integra mente ⁊ coꝛpoꝛe feminam
ꝓduxiſſet Sic ⁊ nunc in celeſti roꝛe ⁊ gr̄a p̄uilegiali ſp̄ūſſancti virginem
ſuꝑuenit qn̄ de integra virgine virꝫ q̄ foris virginis imaginē hꝫ virtuſq̄ꝫ
delicta reſoluit Secunda ratio. quia partus coꝛrupte cum eſſet parti-

ceps pcti peccatū tollere nō potuit. equales nāq₃ fures exiſtētes in eodē
crimine dephēſi alter ꝓ altero nō pōt reſpōdere. igitur nccē erat eū q̇ cul
pā ſoluere deberet in culpa nō eſſe. ſ. originalis peccati ꝓpt̄ qꝺ totū genus
humanū fuerat ꝑpetua morte dānatū. hec Orige. Tertia rō Origenis
eſt illa. vt q̇ ſine matre erat in celis ſine patre naſcereť in tris. vt ſic nō du
os patres habere videreť Quarta rō. qꝛ p̄mus adā fact⁹ erat de terra
virgine innocēte ꝛ abſq₃ culpa. decuit etiā vt ſcꝺs Adā de ꝟgine matre
naſcereť. Quinta rō vt ꝟginitatē xp̄s extolleret q̄ antea ꝯtēptibilis iu
dicabať. ſicut diciť Judicū. xij. Et ſm beatū Ber. in q̄dā omel'. beata inq̄t
ꝟgo fuit p̄ᵃ q̄ votū caſtitaꝫ emiſit ꝛ vouit Sexta rō. vt ipleret ꝓphetia.
Iſa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ꝛ pariet fi. Septima rō ē. vt cui⁹ pať neſcit fe
minā in diuinitate. ei⁹ etiā mater viꝝ neſciret in humanitate. ꝛ ſic de vtro
q₃ parēte caſtiſſimo naſcereť Itē lr̄a dicit (ſine labe ꝛc̄.) qꝛ xp̄s ſolo verbo
fuit genitus. ꝛ nō ꝑ naturalē delectationē. Et ſi dicať xp̄s fuit baptizat⁹
et baptiſmus eſt ablutio peccati originalis. igiť etiā habuit peccatū origi
nale vel inutiliter ē baptizat⁹. Reſpōdeť ꝙ fuit baptizatus ꝓpter hoc vt
teſtamētū nouū approbaret ꝛ baptiſmū ꝯſecraret. Sꝫ dubitať de beata
virgine vtrū illa fuit ꝯcepta in peccato vel ſine peccato. Ibi vna pars do
ctorū dicit ꝙ ſine peccato originali. qꝛ ita poſſibile ē hoc apud deū ſicut fu
it ſua natiuitas. Alia ps dicit ꝙ nō. ſicut Aug⁹. q̇ dicit. Om̄e qꝺ a ſemīe
naſciť in humana ſpecie. naſciť cū delectatione ꝛ peccato. ꝛ ꝙ deus imme/
diate poſt hoc purificauit eā. Et iſti⁹ oppoſitū ſacra eccleſia q̄ nec fallere
nouit nec falli pōt definiuit in ſacro baſiliēſi ꝯcilio. ¶ Itē nota littera ꝺt
(Quo primi parētis ꝛc̄.) Vn̄ ꝓpter peccatū ade ꝛ eue ꝑditi fuim⁹. ſed ꝑ
natiuitatē xp̄i reꝑati. Et ꝺꝛ eua ab e qꝺ eſt valde ꝛ ve q̄ſi valde doloroſa
Et ei opponitur aue. qꝺ diciť ab a qꝺ ē ſine ꝛ ve dolore q̄ſi ſine dolore.
Pro declaratione terminoꝝ nota originale peccatū ꝺꝛ illud in q̄ naſciť hō
ratione parentū. ꝛ de tali peccato abluūtur pueri in baptiſmo. ꝛ dicitur a
noīe origo inis. qꝛ ſumit exordiū ab origine parentū. Itē dicitur p̄mipa/
rentis qꝺ eſt vna dictio ꝯpoſita. Item labes eſt idem qꝺ macula. Item
laſciuia dicitur a laſciuio. i. ſuperbio vulgariter geilkeit dryuen.

**Hoc preſens diecula loquitur prelucida adaucta longitudi
neꝙ ſol verus radio ſui luminis vetuſtas mūdi depulerit ge/
nitus tenebras.**

¶ Hic iam au. oſtendit diē natiuitatis xp̄i eſſe ornatā q̇buſdā miraculis
et poſſet diuidi in tres ꝑtes ꝓpter tria miracula. Et exponitur textus ſic.
(Preſens diecula) ſcꝫ natiuitatis xp̄i (loq̇tur) id ē annūciat (hoc). ſ. qꝺ
dictum eſt de incarnatione in p̄cedenti verſu. diecula inquā (p̄lucida). i.
valde ſplēdida. ꝛ hoc ſpiritualiť (ꝛ adaucta lōgitudine). i. ꝓlōgata ſm na
turalem curſum ſupra dies p̄cedentes. ab hac eīn die natiuitatis dies ꝓ/
longātur. noctes vero abbreuiātur. Vel potius (adaucta lōgitudine) ſcꝫ
ſpiritualiter. ꝑ diē preſentē intelligēdo tempus gratie qꝺ per xp̄i natiuita
tem prelucidū factum eſt ꝛ longitudine miſerationis adauctū Et huius
tangitur cauſa in ſequenti textu cum dicit (ꝙ) id eſt eo ꝙ (verus ſol) id

eſt xp̄s (genitus) ſcȝ tp̄aliter in hūc mundū (depulerit) .i. abſterſerit (ve tuſtas tenebras) id ē antiquas maculas peccatoꝝ. ⁊ h̄ (radio ſui lumis) id eſt gratie ⁊ miſericordie. Notandū autoꝛ vult in littera ꝙ hec dies ē oꝛnata trib⁹ miraculis. Primo q2 tūc dies ꝓlongatur ⁊ nox abbꝛeuiat̃. et ergo dixit beat⁹ Joānes ꝑcurſoꝛ dn̄i me opoꝛtet minui. illū aūt creſcere ꝑ qđ myſtice deſignatur ꝙ in natiuitate xp̄i nouū teſtamentū. qđ per diē intelligitur. augmētatur ⁊ creſcit. ⁊ vetus teſtamentū qđ ꝑ noctē intelli- gitur minuit̃ ⁊ decreſcit. Secūdo q2 hac nocte apparuit noua ſtella. que nec pꝛius nec poſtea viſa fuit ꝑ quā reges ꝯgnouerūt regem celoꝝ de vir gine natū Hic poſſet queri. quare natiuitas xp̄i iudeis ſcȝ paſtoꝛibus fuit annūciata ꝑ angelum. gentilib⁹ vero ſcȝ trib⁹ regib⁹ per ſtellā. Reſpō det venerabilis Beda. q2 iudei fuerūt magis rōnales q̄ȝ gentiles. hec na tiuitas fuit eis annūciata ꝑ rōnale ſcȝ ꝑ angelū. Sed q2 gentiles fuerunt magis irrōnales ergo dandū erat eis ſignū aliqđ irrōnale ꝑ qđ poſſent cognoſcere natiuitatem chꝛiſti. ⁊ hoc fuit noua ſtella. Tertio hec dies eſt oꝛnata ꝑ claritatem angeloꝝ que circūfulſit paſtoꝛes. q2 in natiuitate xp̄i angelus in magna claritate apparuit. dicens paſtoꝛib⁹ annūcio vobis gau diū magnū. Poſſet aliquis querere. quare xp̄s hec reuelauit paſtoꝛib⁹ et non alijs. Reſpondetur dupliciter. Pꝛimo quia ante natiuitatē xp̄i paſtoꝛes fuerunt ſimpliciores ⁊ magis iuſti coꝛam deo. qđ patet in diuer ſis ſcȝ in Moyſe. in Dauid cum fratrib⁹ ſuis. in Jacob cum fratribus ſu is qui fuerunt paſtoꝛes. ⁊ ergo rōne ſimplicitatis ⁊ iuſtitie natiuitas xp̄i fuit eis nūciata. Scđo dicit̃ ꝙ natiuitas xp̄i fuit paſtoꝛib⁹ annunciata ad inſinuandū ꝙ ipſe ſit paſtoꝛ ⁊ rectoꝛ totius mundi.

Pꝛo declaratione terminoꝝ nota. Dicit̃ in lr̃a (diecula) qđ eſt nomen di minutiuū a dies Et dꝛ adaucta qđ eſt ꝑticipiū deriuatū a ꝟbo adaugeo

Jtē nota. q̇dā libri hn̄t in ſequēti ꝟſu hec nox vacat. ⁊ q̇dā nec nox vacat et vtrūq̄ȝ valet ſm̄ diuerſas acceptiones huius verbi vacat. Vn̄ ſm̄ pꝛi mū modū debet exponi. i. ꝑtēditur Jtē ſcius a um. i. diſcretus. ⁊ deriuat̃ a verbo ſcio ſcis ſcire. Jn ſcientia. Jnde ꝑ ꝯpoſitionē pꝛeſcius conſcius ⁊c̃. Jtem autoꝛ dicit magiſtris gregū ꝑ hoc circūſcribit paſtoꝛes. quia grex pꝛopꝛie pertinet ad oues ⁊c̃.

Nec nox vacat noui ſyderis luce quod magoꝛum oculos ter ruit ſcios. Nec gregum magiſtris defuit lumen. quos pre- ſtrinxit claritas militum dei

Hic autoꝛ oſtendit ꝙ natiuitas chꝛiſti reuelata ē per quandā nouā ſtel- lam. Et pꝛimo facit h̄. Secūdo alloquitur beatā virginē. ibi Gaude dei genitrix quam circunſtant dicens Hec dies pꝛelucida ſit (nec nox) ſcȝ eius (vacat) .i. caret (luce noui ſyderis) id eſt ſtelle que pꝛius nunq̄ȝ appa ruit (quod) ſcȝ ſydus (terruit) id eſt timoꝛem incuſſit (oculos magoꝛū) id eſt regum (ſcios) id eſt ſapientia edoctos (Nec lumē defuit magiſtris gregum) id eſt paſtoꝛibus (quos) ſcilicet paſtoꝛes (claritas militū dei)

id eſt angelorum (perſtrinxit) id eſt occupauit et illuminauit.

¶ Notandũ circa litteram cum chriſtus erat natus in bethleem tũc ſuborta fuit ſtella nunq̃ prius viſa que duxit reges ad locum chriſti ⁊ ibi offerebant ſibi aurũ thus et mirrham. Per aurum deſignatur potẽtia eiꝰ Per thus magnificentia. Per mirrhã dominica ſepultura. vñꝰ Tres reges querunt dominum tria dona tulerũt Caſpar fert mirrham. thus melchior. balthaſar aurum Aurum dat regem. verum dant thura prophetã Mirrha ſepulturam ſignat penamq̃ futuram.

¶ Item nota de illa ſtella de qua dictum eſt quidam eliciebant ꝙ cũ naſceretur homo ꝙ etiam ſtella crearetur cum eo qui regeret ⁊ conſeruaret et inclinaret ad bonum vel ad malum. ſed hoc non eſt verum. Unde talis ſtella ꝓprie non fuit ſtella. ſed vnũ miraculoſum factũ habens diſpoſitionem ſtelle. Ratio. quia non habuit motum ſtellarum. ſicut alie ſtelle. qꝛ alie ſtelle ab oriente in occidentẽ mouẽtur ecõtra in orientẽ redeundo. iſta aũt ab oriẽte in meridiẽ Nec etiã locũ ſtellaꝝ. qꝛ directe ꝓceſſit eos in aere. Et dicũt aliqui ꝙ nunq̃ poſtea viſa eſt cum reges fuerũt in regnis.

¶ Pro declaratione terminoꝝ nota. nox dicitur a noctin grece qđ eſt vigilare latine per contrariũ. qꝛ tũc minime vigilamus Item magus tria ſignificat. Uno modo regem. ⁊ ſic capitur hic. Alio mõ ſignificat ſpeculatorem in rebus ſuperioribus. Tertio ſignificat incantatorem.

Gaude dei genitrix. quã circũſtant obſtetricum vice concinentes angeli gloriam deo.

¶ Hic iam autor commendat beatam virginem et diuiditur in duas partes. Primo facit qđ dictum eſt. Secundo dirigit petitiones ad ieſuꝫ chriſtum. Secunda ibi. Chriſte patris vnice ⁊c. Et vult dicere O beata (dei genitrix gaude) de hac ineffabili filij tui natiuitate (quam angeli concinentes) id eſt collaudantes (gloriam deo. circũſtant vice) id eſt loco (obſtetricum) id eſt mulierum que partum adiuuant

¶ Notandum autor in littera duo facit. Primo ad cõmendationem beate virginis appellat eam genitricem dei hortando ipſam ad gaudium. cũ dicit (Gaude dei genitrix ⁊c.) Secundo ſubiungit cauſam quare gaudere debet cum dicit (quam circũſtant ⁊c.) De primo dicit beatus Bernardus in hec verba. Mater eſt plena gaudio. De eodẽ dicit etiam beatus Gregorius in hec verba. Gaude virgo glorioſa tanta prole generoſa De ſecundo legimus in paſſionali ꝙ beata virgo cum tempus pariendi adeſſet. cum Joſeph debuit tranſire Bethleem vt daret tributum ſuum ſm edictum ceſaris Auguſti. Cum ſero factũ eſſet propter multitudinem alienigenarum. beata virgo cum Joſeph non potuit hoſpitari. ſed intrauit quoddam diuerſorium vbi erat commune hoſpitale ſiue hoſpicium. ibi beata virgo maria ſola cum Joſeph permanſit. et media nocte cũ tempus pariendi affuit. beata virgo Maria peperit dominum noſtrum ieſum chriſtum in magno exilio. vbi nec aqua nec ignis aderat. ſed angeli miniſtrabant loco obſtetricum. Unde ſubdit beatus Anſelmꝰ. ꝙ beata

virgo rōne ꝑmiſſionis celeſtis certificata ⁊ angelorum preſentia conſolata peperit chriſtum ſine omni dolore.
Pro declaratione terminoꝝ. Nota obſtetrix. vno mō dicitur famula dn̄arū grauidaꝝ que aſtat parietibꝫ. ⁊ ſic dicit̄ a verbo aſto as ⁊c. Alio modo obſtetrix eſt mulier q̄ recipit fetū de vtero ꝓgredientē. ⁊ dicitur ab ob et ſtera e. q̄ eſt pellicula qua inuoluitur puer in matrice.

Chriſte patris vnice. qui humanam noſtri cauſa formam aſſumpſiſti. refoue ſupplices tuos. Et quorum participē te fore dignatus es ieſu dignanter eorum ſuſcipe preces. Ut ipſos diuinitatis tue participes deus facere digneris vnice dei.

¶ Hic dirigit petitiones ad xp̄m. ⁊ diuidit̄ in duas ꝑtes ſm̄ ꝙ duas petitiones dirigit ad xp̄m dicēs ſic. O (xp̄e vnice) ſcꝫ nate patris (qui cauſa noſtri). i. ꝓpter nos (aſſumpſiſti humanā formā) id eſt naturā (refoue) id eſt refice ⁊ ꝯforta (tuos ſupplices). i. famulos tibi ſupplicantes. et o ieſu vnice ſcꝫ fili dei (ſuſcipe preces). i. oratōnes (dignanter). i. gratioſe (eorū) sᶜ hominū (quoꝝ dignatus es) id eſt voluiſti (te fore) id eſt eſſe (ꝑticipē) ⁊ hoc quo ad naturā humanitatis in quo nobiſcū xp̄s ꝑticipat (vt tu deus) et (vnice dei) ſcꝫ fili (digneris) ſcꝫ tua infinita clemētia et miſericordia (ipſos) ſcꝫ hoīes (facere ꝑticipes tue diuinitatis) id eſt glorie celeſtis. ¶ Sciendū. autor facit more ſapientis agricole qui primo extirpat ſpinas et tribulos ⁊ poſtea ſeminat vt fructum accipiat. Quia ꝑmo placat dn̄i iram ⁊ furorē eiuſdem eradicat cum dicit. Chriſte patris vnice. Scd̄o ſeminat. i. petitionē infert vt fructū accipiat videlicet vt miſericordiam dei ꝯſequetur. cum dicit. refoue ſupplices tuos. ¶ Secundo nota. autor perpendens melius eſſe conſequi miſericordiam ſuam. q̄ȝ ſuſtinere iudicium. hortatur deum ad miſericordiam cum dicit in ſecunda petitione. qui per miſericordiam dignatus es fieri ꝑticeps noſtre humanitatis fac nos ꝑ eandem miſericordiam ꝑticipes diuinitatis. ¶ Tertio nota. autor in littera innuit magnam charitatem dei qua dilexit mundū cū dicit. Et quorum participem ⁊c. de qua dilectione dicitur Joan. iij. Sic deus dilexit mūdū vt filium ſuū vnigenitum daret pro mundo. et apl's ꝓprio filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibꝫ tradidit illum.
Pro declaratione terminoꝝ nota. in lr̄a dicit̄ noſtri. ⁊ li noſtri vt hic ſumitur ē ꝓnomē ꝑmitiuū ⁊ non deriuatiuū. Sed refoue ē verbū tranſitiuū compoſitum a re ⁊ foueo. Inde fomentum et fomes ⁊c. Inde etiā fomento as are. Item nota ꝑticeps dicitur quaſi partē capiēs. Inde partibilis Inde participo as. Item fore eſt verbū infinitiui modi et defectiuum. vt patet in prima parte Alexandri. Item dicitur dignatus es. q̄ debet declinari pro vna parte orationis videlicet ꝙ ſit verbum preteriti temporis quia niſi hoc eſſet verū verba paſſiua ⁊ deponentalia nō haberēt preterita et etiam alia tempora a preterito deriuata

e Eia recolamus laudibus pijs digna.
Huiꝰ diei carmina in qua nobis lux orit᷑ gratiſſima
Noctis interit nebula. pereũt noſtri criminis vmbracula

¶ Iſtud eſt canticũ tertiũ qđ cantat᷑ in laudẽ dei tꝑe natiuitatis xp̄i. Et
diuiditur in duas ꝑtes. In p̄ma ꝑte hortat᷑ nos ad laudẽ dei. Scđo fa-
cit quãdã exclamationẽ ad naturã deitatis vnitã humanitati. ſcđa ibi O
culpa nimiũ btã dicẽs (Eya) qđ ẽ aduerbiũ letãtꝫ aut potiꝰ hortãtꝫ. ſc
nos xp̄ifideles (recolamus) id eſt repetamus (pijs). i. religioſis (laudibꝫ
digna carmina). i. cãtica (huiꝰ diei in ꝙ orit᷑ nobis gratiſſima lux). ſ. xp̄s ꝙ
eſt vere lux illuminãs oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ vt dr̄ Iohis p̄i
mo. ꝛ in qua die (nebula). i. obſcuritas ꝛ error (noctis) id ẽ veteris teſta
mẽti (interit). i. interimit᷑. et (vmbracula). i. grauamina (noſtri criminis)
. i. pctõꝝ noſtroꝝ (pereũt). i. deficiũt ſiue deſtruũtur. ¶ Notãdũ autor in
l͞ra tria facit Primo hortat᷑ nos ad laudẽ diuinã cũ dr̄. Eya recolamꝰ. Se
cũdo oſtẽdit ſolẽnitatẽ huiꝰ feſti cũ dr̄. lux oritur. Tertio oſtẽdit efficatiã
natiuitatis xp̄i cũ dr̄. Noctis interit nebula. De p̄mo dr̄ Eſaie. lv. Mõ
tes ꝛ colles cãtabũt corã deo laudẽ. Mõtes. i. cõtẽplatiui. ꝛ colles. i. hu-
miles actiui. Rationẽ huiꝰ aſſignat btũs Ambro. in prefatione. Qui in
gratus fuerit xp̄i natiuitatis indignꝰ erit fructu eius paſſionis meritorie
De ſcđo dicit beatus Grego. Autor lucis inſupabilis ꝛ interminabilis
hodie nobis viam ſalutis preparauit. Circa quod nota ꝙ quadruplex
eſt via per quã chriſtus ãbulauit. Prima fuit de celo in vterum virginis
per hanc preparauit nobis viam humilitatis. Magna enim humilitas
eſſet ſi quis veſtem purpuream tegeret vili ſacco. ꝛ hoc fecit chriſtus ſal-
uator noſter quando ſuam diuinitatem noſtra humanitate occultauit
¶ Secunda via fuit ex vtero virginis in mundum per quam prepara-
uit nobis viam patientie ꝛ paupertatꝫ. quia ipſe voluit naſci in domo cõ
muni non habens hoſpitium proprium. quare dicit Vulpes foueas ha-
bent ꝛ volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi reclinet
caput ſuum. Tertia via fuit de mundo ad crucem. per quam prepara
uit nobis viam dilectionis et paſſionis. Magna enim dilectio erat ꝛ ſig
num maxime dilectionis vt chriſtus tam crudelem mortem pro nobis
pateretur. vnde de eo ſcribitur. A planta pedis vſqꝫ ad verticem non eſt
in eo inuenta ſanitas. Quarta via fuit de cruce ad infernum. de quo
ſanctos patres eduxit. per hanc preparauit nobis viaꝫ pietatis. Magna
enim pietas eſſet ſi aliquis captiuum a vinculis liberaret. ſic chriſtus ſua
paſſione nos ab eterna damnatione liberauit ꝛ redemit. De tertio di-
cit beatus Gregorius ꝙ tam efficax fuit natiuitas chriſti vt angeli pleno
gaudio in celis. dyaboli imẽſis cruciatibꝫ in inferno. ꝛ hoies ꝑpetua liber-
tate in hoc mũdo redũdabũt. Nota circa declarationem terminoꝝ.
Eya eſt aduerbium. Sed orior ẽ verbũ deponentale cõiugabile in tertia
vel in quarta coniugatione. Item interit componitur ab inter et eo. ſi-
militer pereo ꝯponit᷑ a ꝑ ꝛ eo. Inde peritus altera breuis. id ẽ deſtructus

De natiuitate domini

Dubitatur circa natiuitatē xp̄i ꝑ quē modū fuit natus. illū exp̄mit p̄s. dicens. In ſole poſuit tabernaculum ſuū. ibi ꝑ ſolē intelligit̄ veritas patris. Unde Dyoniſius. ille eſt ſol q̄ ſuper oīa viſibilia mūdi eſt euidēs imago dei. Sed per tabernaculum intelligitur humanitas xp̄i. vt patet in Leuit. Sed per ſponſum intelligitur filius dei. de quo dicitur Joannis primo. Et verbum caro factum eſt. Sed per thalamū intelligitur vterꝰ virginalis. de quo dicit p̄s. Concupiuit rex decorem tuū. ¶ Et ſi querat̄. q̄lis fuit proceſſus. R̄ndetur ꝙ fuit ſine pena. vn̄ in canticis. Poſt ꝑtū virgo inuiolata ꝑmāſiſti. Itē fuit laudabilis. qꝛ cāticū leticie ibi auditū erat ſcꝫ Gl'ia in excelſis deo Sꝫ ſi querat̄. q̄ etate mūdi fuit natus. R̄ndet̄ ꝙ in ſexta. qꝛ xp̄s veīt in fine ſeculi. i. in ſexta etate Et decēber fuit mēſis natiuitatis. Sꝫ marcius fuit mēſis ſue ꝯceptionis ¶ Sꝫ ſi q̄rat̄ in q̊ loco xp̄s erat natus. Reſpōdet̄ in diuerſorio. i. in loco cōi. Et ſi q̄ratur q̄re. qꝛ voluit naſci ⁊ mori in medio terre habitabilis vt nullus habeat ſe excuſare

Hodie ſeculo maris ſtella ē enixa noue ſalutis gaudia. Quē
tremūt baratra mors cruenta pauet ipſa a quo ꝑibit mortua
Gemit capta peſtis antiqua. coluber liuidus perdit ſpolia.
Homo lapſus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia.

Hic iam autor reddit cauſam quare in hoc die debemus decantare laudes xp̄o. ⁊ tangit tres cauſas. ⁊ p̄mā tangit dicens ſic (Stella maris) ſcꝫ maria (eſt hodie enixa). i. pepit (ſeculo). i. toti vniuerſo (gaudia noſtre ſalutis). i. dn̄m noſtrū ieſum chriſtū. q̄ eſt gaudium ⁊ ſalus noſtra (quē) ſcꝫ xp̄m (baratra). i. totus infernus (tremūt). i. timent (⁊ cruenta mors). i. crudelis ⁊ eterna damnatio (pauet). i. horret et formidat (a quo). ſ. xp̄o (ipſa mors mortua peribit). i. deſtruetur. Scd̄o tangit ſcd̄am cauſaꝫ dicens (Antiqua peſtis) id eſt hoſtis. ſ. dyabolus (gemit). i. dolet ⁊ luget (capta) id eſt ligata (et liuidus) id eſt inuidioſus (coluber) id eſt ſerpens dyabolicus (perdit) id eſt amittit hodie de ſua poteſtate (ſpolia). i. hoīes quos dudum ſpolia detinuerat raptos ⁊ eiectos de paradyſo. qd̄ declarat aptius ſequens verſus oſtendēs tertiā cauſam d̄r (Homo lapſus). ſ. per peccatū originale. tn̄ recuꝑabiliter. q̄ erat tanq̄ꝫ (ouis abducta). i. deꝑdita (reuocat̄) hodie ſcꝫ ꝑ xp̄i natiuitatē ⁊ incarnationem (ad eterna gaudia) ad q̄ attingenda creatus eſt. ¶ Notandū autor d̄r (ſtella maris) per hoc deſcribit btām ꝟginē que eſt ſtella ⁊ illuminatrix huius mūdi. nā in ſacra ſcriptura ꝑ mare ſepius iſte mūdꝰ intelligit̄. ⁊ hoc ideo. qꝛ ſicꝫ naute errantes in mari hn̄t ſtellā ꝑ quā ꝯgnoſcūt regionē vt nauem ad portū ducāt. Sic beata virgo eſt ſtella illuminās mūdū ꝑ quā nos peccatores errantes in hoc mūdo poſſumus attingere portū ſalutis. Scd̄o no. au. d̄r in lr̄a. quē tremūt baratra. qꝛ demones obediūt deo. hoc idē atteſtatur ſctūs Augꝰ. dicēs demones credūt ⁊ ꝯtremiſcūt. huiꝰ declarationē ſepius in euāgelijs habemꝰ in q̄bꝫ legit̄ ꝙ xp̄s a diuerſis hoībꝫ eiecit demoīa Tertio nota. d̄r in lr̄a. peſtis antiqua coluber liuidus. ꝑ h̊ deſcribit̄ ꝙ dyabolus d̄r antiqua peſtis. qꝛ ab antiq̄ peſtē ⁊ dānatōnē hoībꝫ intulit. Etiā

vocatur liuidus ſerpẽs.qꝛ in ſpecie ſerpentis decepit ꝓmũ hoīem. Unde legitꝰ in geneſi. ꝙ eua dixit ad dñm.ſerpẽs me decepit. Itẽ nota autoꝛ dr̄ ouis abducta.ꝑ ħ intelligitꝰ hō dãnatus.qꝛ fuit ſeꝑatus a ꝓꝛio ouili.⁊ ꝙ̃ dixit dñs in euãgelio.q̃s ex vobis ẽ q̃ hꝫ centũ oues ⁊ ſi ꝑdiderit vnã nōne dimittit.xcix.in deſerto.⁊ vadit ad illã q̃ perierat.⁊ in alio euãgelio Joannis.dr̄.oues mee vocẽ meã audiũt. ¶ Pro declaratõe terminoꝝ nota. Enixa ẽ ꝑteritũ ꝑfectũ huiꝰ v̾bi enitoꝛ qđ ꝯponitꝰ ab e ⁊ nitoꝛ. Jñ nixus et niſus. ¶ Itẽ tremo ẽ v̾bũ tertie ꝯiugationis. Jñ tremulus q̃dã arboꝛ. Itẽ gemo ꝑcat triſtari. Jñ gemitꝰ.i.triſticia. Sed coluber ẽ magnꝰ ſerpens ⁊ dr̄ quaſi colens vmbrã. Itẽ liuidus dr̄ a v̾bo liueo ſcđe ꝯiugationis.i.inuideo. Jñ liuoꝛ.i.inuidia. Sꝫ lapſus ẽ ꝑticipiũ a laboꝛ.i.cado. Et autoꝛ dr̄ lapſus in lr̃a.qꝛ hō ꝑ longũ tẽpus iuit ꝯdẽnatus.qꝛ quaſi ꝑ quinqꝫ milia annoꝝ. Item abducta venit a verbo abducoꝛ paſſiuo.

Gaudent in hac die agmina angeloꝛum celeſtia.

Quia erat dꝛagma decima perdita et eſt inuenta.

Hic ponit quoddã incidẽtale oñdens incidentaliter gaudiũ angeloꝝ de natiuitate xp̄i ꝓgreſſuꝫ dicẽs (Agmina celeſtia) id eſt congregationes et hierarchie angeloꝝ celeſtiũ (gaudent in hac die) qua xp̄s tꝑaliter natꝰ eſt et ſubiũgit cãm ſumptã ex euangelio (qꝛ dꝛagma decima).i. decimus denarius ꝑ quẽ intelligitꝰ tota hũana natura (ꝑdita erat) ſcꝫ tranſgreſſione mandati (⁊ eſt inuẽta).i.ꝓ meue ſue dignitati reſtituta. Notandũ circa lrãm.legitur in ſcholaſtica hyſto. ꝙ cũ oẽs chori angeloꝝ eſſent pleni. qꝛ fuerũt decẽ chori ꝯſtituti. Sꝫ lucifer ꝑ ſuã inobedientiã ⁊ ſupbiam volens ſilis eſſe creatoꝛi dixit. Ponã ſedem meã in aq̃lonẽ ⁊ ſimilis ero altiſſimo.ꝑ hanc ſupbiã fuerũt eiecti q̃ erant ſecum in decimo choꝛo.⁊ ſic decima dꝛagma fuit amiſſa. Sed deus per ſuaꝫ pietatem cupiens adimplere decimũ choꝛum creauit hominem vt locum illum adimpleret. Tunc inimicus humani generis videlicet dyabolus videns ꝙ hō deberet poſſidere eternam leticiã quã ipſe amiſit.decepit ꝓmũ hoīem ⁊ ſuggeſſit ei vt mãdatũ dei tranſgrederetꝰ.⁊ ſic poſt tranſgreſſionem mandati dei adhuc decima dꝛagma fuit amiſſa. Unde deus dolens ꝙ ſua creatura deberet ſic dãnari ꝯſtituit filiũ ſuũ incarnari q̃ ꝑ humanitatẽ ⁊ paſſionẽ mundũ dãnatum liberaret ⁊ decimã dꝛagmã inueniret. Et hoc ẽ qđ dicũt doctoꝛes ꝙ aīe ſanctoꝝ decimũ choꝝ debẽt adimplere. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit dominꝰ in euangelio. ꝙ mulier habens dꝛagmas decẽ et ſi ꝑdiderit vnã nõne accendit lucernã et euertit totã domũ et querit diligenter donec inueniat. Secũdo nota autoꝛ dr̄ (Gaudẽt ⁊c.) et merito gaudiũ angeloꝝ in iſto die pt̄ ꝓbari. qꝛ ſm Math. in euangelio. Gaudiũ eſt angelis dei ſup vno peccatore penitentiã agente. Si hoc eſt veꝝ merito magis iſta die angeli gaudent quando totus mundus a damnatione fuit liberatus.

¶ Circa declarationem terminoꝛum nota. agmina eſt pluralis numerꝰ ab agmẽ ꝙ idẽ ẽ ꝙ turba vel exercitꝰ in aliquo itinere. Itẽ angelꝰ ẽ duplex.ſ.ꝯfoꝛtãs ⁊ deuaſtãs. Angelꝰ ꝯfoꝛtãs ꝑſuadet bona inquãtũ bona. Sed angelus deuaſtãs ꝑſuadet mala inquãtum mala. Item dꝛagma eſt equiuocum. Primo ſignificat põdus conſtans ex tribus ſcrupulis ⁊

eſt nomen feminini generis. vñ⁹. Dragma notat pondus ⁊ tūc fit in e ge nitiuus. Scđo ſ͛cat cantū ſubalternatum. ſ. quando duo canūt alijs ceſ ſantib⁹. Unde de beata virgine frequētate nobis dulcia cantica dragma tis. Itē perdita ē ꝑticipiū p̄teriti tp̄is deriuatū a verbo perdor eris.

O culpa nimium beata qua redempta eſt natura

Deus. qui creauit omnia. naſcitur ex femina

Hic iam autor facit quandā exclamationē ad naturā deitatis qua ſum⁹ redempti. ⁊ ſm̄ hoc illa ps diuidi habet in tres ptes. Primo facit excla mationē. ſecūdo oſtendit noſtrā redēptionē mirabiliter factā. tertio oſtē dit ꝓgreſſionem noſtre redēptionis. ſcđa ibi. Mirabilis natura. tertia ibi Querere venerat. ⁊ vult ꝓprie O natura deitatis tu es nimiū beata. qꝛ ꝑ te ſumus redempti a culpa primoꝝ parentum. qꝛ deus qui creauit oīa ex nihilo. hic ex muliere generatur et naſcitur

¶ Notandū lr̄a multipliciter exponitur. Primo exponit̄ ironice ꝑ ꝯtra rium. vt ſic (O culpa beata nimiū) id eſt minime (qua) id ē de qua culpa (natura). ſ. humana (eſt redempta) vbi nimiū ponitur deriſorie ꝓ ſuo cō trario. ſ. minime. Secundo exponitur vt littera ſonat (O culpa nimium beata) id eſt valde beata (qua) id eſt ꝓpter quā humana natura eſt redem pta) ⁊ iſti ſic exponētes dicunt culpam eſſe beatam ꝑ accidens (nam cul pa) id eſt peccatū in ſe eſt malum ſed ꝓpter hoc. quia propter culpam miſe ricordia dei eſt excitata vt deus tantā miſericordiā in nobis oſtenderet ꝙ filium ſuū vnigenitū pro redēptione daret. Tertio exponitur hec littera hypalaice. ⁊ tūc ꝯſtructio ſic ē formanda. O natura deitatis (qua) id eſt ꝑ quā naturam (culpa eſt redempta) que in q̄ natura (nimium eſt beata) ita ꝙ natura ibi ſtet pro deitate. ⁊ illa ꝑticula nimium beata referat̄ ad na turam. ⁊ hec lectura videtur eſſe melior primis duab⁹. ⁊ tunc eſt ſentētia iſta. O natura deitatis vnita humanitati tu es nimiū beata. qꝛ per te ſu mus redēpti a culpa primoꝝ parentū. qm̄ deus qui creauit oīa ſcꝫ celum et terrā et oīa que in eis ſunt. ille naſcitur nobis ex muliere. Secūdo nota in iſta littera ſm̄ iſtā vltimā lecturam tangūtur duo. Primo tangit̄ precel ſitas deitatis. cum dicitur nimiū beata. Secūdo tangitur opus pietatis. cū dicitur ex femina. De p̊mo dt̄ btūs Aug⁹. ꝙ precelſitas ſiue excellen tia beatitudinis ē in trib⁹. ſ. in altitudine ſapiētie. in ſuauitate ꝯſcientie. in virtutū ſublimitate. has tres ꝯditōes xp̄s tp̄e ſue natiuitatis ſufficiēter habuit. Primo eīm habuit altitudinē ſapiētie. vñ eccle. Omnis ſapientia a dño deo eſt ⁊ cū ipſo fuit ſemꝑ. Secūdo habuit ſuauitatem ꝯſcientie. vñ dt̄ gloſa ſuꝑ Math. ſuauitas dei apparet in hoc ꝙ non precidit. non pro hibet. nō ꝯminat̄. Etiā habuit virtutū ſublimitatē. hanc ſublimitatē xp̄s oſtendit in hoc ꝙ legem in monte tradidit. vñ dicit gloſa. Aſcendit in mō tem vt altiora culmina virtutū doceret. De ſecūda dt̄ Aug⁹. Magnum opus pietatis erat vt de⁹ immēſus ſub humana ſpecie oſtēderet̄. Suꝑ il lud dt̄ Criſo. Filioli nō ſolū de⁹ dilexit nos v̄bo ſed opꝫ pietatis plenitu dinē demōſtrauit. ¶ Notādū circa lr̄am. ꝙ culpa venit a v̄bo culpo as. qđ idē ē qđ reprehēdo ⁊ culpa ſ͛cat noxā. ¶ Itē nimiū capit̄ dupl͛r. vno° noīaliter. ⁊ ſic valet tantū ſicut magnū. Alio° eſt aduerbiū q̄litatis. et ſic

tapitꝛ hic. Itē beata dꝛ a beo as. qđ nō eſt in vſu. ⁊ ꝑcat beatū facere. Item redempta ē ꝑticipiū a redimoꝛ. Itē natura dꝛ a naſcoꝛ eris. Itē lr̄a dt ꝙ creauit oīa. ⁊ creare eſt aliqd ex nihilo ꝓducere. ⁊ hoc debꝫ ſic intelligi ꝙ xp̄s creauit oīa ſc̄ a ſe. qꝛ ſeip̄m nō creauit. Itē li femina in lr̄a ſupponit tm̄ ꝓ ſexu femineo. ⁊ nō ꝓ coꝛruptōe caſtitatis

¶ **Mirabilis natura mirifice induta. aſſumēs quod nō erat manens quod erat.**

¶ Hic iā autoꝛ ꝓbat hāc naturā eē miraculoſam dicēs (Natura) .ſ. diuina (mirabil̄) .i. admirāda ē ⁊ laudāda. ⁊ (induta ē) .i. occultata ſub ſpecie humana (mirifice) .i. mirabiliter. ⁊ ponit cām illius. qꝛ (aſſumens qđ nō erat) ſcꝫ humanitatē (manens qđ erat) ſcꝫ deus

¶ **Induitur natura diuinitas humana. quis audiuit talia dic rogo facta.**

Construe (Diuinitas induiꝛ natura humana) .i. vniꝛ hypoſtatice humane nature (dic rogo) ſcꝫ q̇ſquis es (q̇s audiuit talia) .i. tā mirabilia et magna (facta) vt ſcꝫ deꝰ fieret hō. ⁊ hō deꝰ. ¶ Notandū autoꝛ vult ī lr̄a ꝙ hoc miraculū natiuitatꝭ xp̄i. videlicꝫ ꝙ ꝟgo pareret ⁊ deitas ſub humana ſpē occultareꝛ. nūq̄ꝫ ꝑus ē viſum nec vnq̄ꝫ videbiꝛ tale miraculū. Vn̄ Bern̄. In eadē ꝑſona eternū antiquū ⁊ nouū mirabiliter ꝯueniūt Eternum .i. diuinitas. antiquū .i. caro ab adā traducta. nouū .i. aīa de nouo creata Vn̄ hoc miraculū ſtat in tribꝫ. Primo in rōne ꝑtus Scđo in rōe parientis Tercio in rōe ꝯiūctōis dei ⁊ hoīs. ¶ Primo em̄ dꝛ rōne ꝑtus. qꝛ mirabiliꝛ deꝰ fuit natꝰ. vn̄ p̄s Mirabil̄ deꝰ in ſanctꝭ ſuis. Quare mirabilis. qꝛ genitꝰ ē in mūdo ſine patre. genitꝰ in celo ſine matre. ¶ Scđo dꝛ rōne ꝟginis parientꝭ. qꝛ talis ꝑtus fuit ſup̄ naturā ex eo ꝙ ꝟgo peperit. Etiā fuit ſup̄ rōem. qꝛ ſine doloꝛe pepit. Etiā fuit ſup̄ ꝯſuetudinē. qꝛ de ſpūſctō ꝯcepit Circa hoc dt Anſelmꝰ in paſſionali ꝙ deus ꝑt q̄ttuoꝛ modis facere hoīem. Primo ſine viro ⁊ femina ſicut creauit adā. Scđo ex viro ⁊ femina. quēadmodū cōis aꝑꝓbat vſus. Tercio de viro ſine femina ſicut fecit euā de adā ſiue coſta ade. Quarto de femina ſine viro ſic mirabiliꝛ fecit ieſuꝫ xp̄m naſci de maria ¶ Tercio rōne ꝯiūctōis. qꝛ ī tali natiuitate ꝯiūcta ſunt ad inuicē deꝰ ⁊ hō. mater ⁊ ꝟgo. fides ⁊ coꝛ humanum Vn̄ btūs Bern̄. Mirū em̄ ē ꝙ coꝛ humanū fidē in his duobꝫ accōmodauit. ⁊ quō credere potuit ꝙ hō deus eēt. ⁊ ꝙ ꝟgo manſerit q̄ pepit

¶ Scđo nota autoꝛ dt in lr̄a (manēs qđ erat) ſup illđ dt be. Aug. Quāuis deꝰ fuit in mūdo ꝯuerſatꝰ. tn̄ eius ꝑſentia nūq̄ꝫ defuit angelis in celo Et ğ dt btūs Grego. Id qđ fuit ꝑmanſit. ⁊ quod nō erat aſſumpſit

¶ Dubitaꝛ vtꝝ māſit natura diuina. Et arguiꝛ ꝙ nō. qꝛ ſi ſic tūc ſeq̄reꝛ ꝙ de vna ⁊ eadē re veꝝ eēt dicere ꝙ ip̄a eēt coꝛruptibil̄ ⁊ ꝑpetua. ſed hoc ꝯn̄s ē falſuꝫ Rn̄deꝛ ꝙ ibi māſit natura diuina Et vlteriꝰ dꝛ. ꝙ reſpectu diuerſoꝝ nō ē incōueniens vnā ⁊ eandē rem eē coꝛruptibilē ⁊ ꝑpetuā

¶ Circa terminos nota. induiꝛ eſt ꝟbū paſſiuū. ⁊ cōponiꝛ ab in ⁊ duoꝛ qđ nō ē in vſu. Jn̄ indutꝰ a um. Itē mirifice ē aduerbiū q̄litatꝭ Itē aſſu-

mens ē ꝑticiꝰ decōpoſite figure deriuatū a v̄bo cōpoſite figure.ſ.aſſumo

¶ Querere venerat paſtoꝛ pius quod perierat Induit galeā certat vt miles armatura

¶ Hic iam autoꝛ oſtēdit ꝓgreſſum noſtre ſaluatōis. ⁊ diuidit̄ in duas ꝑtes.ꝑmo facit qḋ dictū ē.ſcḋo cōmēdat xp̄m rōne victorie.ſcḋa ibi. Xpi pugna ⁊c̄. ⁊ ḋr ſic(piꝰ paſtoꝛ)ſcꝫ xp̄s (venerat)ſcꝫ in hūc mundū(q̄rere) id eſt reuocare(qḋ ꝑierat).i.totū humanū genꝰ qḋ ꝑierat ꝑ pctm̄. ⁊ ipſe idē xp̄s(induit galeā).i.humanā naturā q̄ galea ḋr.qꝛ inſtrumentū ē diuinitatis.⁊ ꝑ eā q̄ ſe hꝫ(vt armatura certat)id eſt belluꝫ gerit(vt miles) ſcꝫ ſtrennuiſſimus ⁊ hoc ꝯtra dyabolicā prauitatem

¶ Proſtratus in ſua propria ruit hoſtis ſpicula auferuntur tela. In quibꝫ fidebat diuiſa ſunt illius ſpolia capta p̄da ſua

¶ Vn̄ ip̄e dyabolꝰ hoſtꝫ noſter ſic certādo(ꝓſtratꝰ).i deuictꝰ ⁊ ſuꝑatꝰ (ruit).i.collapſus ē(in ſua ꝓpria ſpicula).i.ꝓpriā ꝯfuſionē.⁊ ſimł ei(auferunt̄ tela).i.ligata ē aliq̄ mō poteſtas ledēdi.⁊(ſpolia illiꝰ).i.hoīes rapti de paradiſo(in q̇bꝫ fidebat).i.ꝯfidebat ⁊ ſperauit(ſunt diuiſa)ſcꝫ in plures ꝑtes.⁊ etiā(p̄da ſua).i.rapina hoīm eſt(capta).ſ.ꝑ chriſti natiuitatē

¶ Notandū autoꝛ ex lr̄a vult ꝙ xp̄s ꝓpterea venit in hūc mundū vt hominē ꝑditū liberaret ⁊ ꝯtra dyabolū triūpharet Sꝫ poſtq̄ꝫ triūphauit et dyabolū vicit ip̄m in inferno ligauit.oēs antiquos patres q̇ fecerāt voluntatē eius inde liberauit.quos in regno celoꝝ ſc̄m exigentiā meritoꝝ pie collocauit Scḋo nota.ꝑma ꝑs huiꝰ ſnīe ꝓbat̄ ex euāgelio Mat.xv. ca.in quo legit̄ ꝙ mulier cananea clamauit poſt ieſum ⁊ diſcipuli dixerūt. dn̄e dimitte eā.qꝛ clamat poſt nos Rn̄dens Jeſus dixit Nō ſum miſſus niſi ad oues q̄ ꝑierunt domꝰ iſrael. Tercio nota.ſcḋa ꝑs huiꝰ ſnīe p̄t haberi ex euāgelio Luce.x.ca.in quo legit̄. Dū fortis armatꝰ cuſtodit atriū ſuū oīa q̄ hꝫ in pace poſſidet Quis em̄ eſt iſte fortis armatus niſi ip̄e xp̄s q̇ in fide dilectōe ⁊ humilitate fortiter eſt armatus. Vnde de ꝑmo ḋr ad Eph.vi. In oībꝫ ſumētes ſcutū fidei. fides em̄ pugnabit ꝓ te aduerſus inimicū. De ſcḋo ḋr Eccle. Melioꝛ eſt dilectio q̄ꝫ arma bellica. Tercio habemus exemplū cū btūs Anthonius vidit laqueos dyaboli ſuꝑ terrā extētos ⁊ cū ſuſpirans dixiſſet q̇s hos poterit ꝑtranſire laqueos audire meruit vocē dicentē ſibi ſola ꝑtranſit humilitas. Itē nota circa terciam ꝑtē huius ſnīe. Tercia ꝑs huius ſnīe haberi p̄t ex dicto Hieremie cū ḋr Toꝛcular calcaui ſolus.i.dyabolū triūphādo ſuꝑaui.⁊ ex alio ⁊ poteſtas eius ſub pedibꝫ xp̄i ꝯculcat̄ Silr̄ quarta ꝑs huiꝰ ſnīe.ſcꝫ liberatio iuſtoꝝ ꝓbat̄ ex li.Sap̄.vbi ḋr Reddet deus mercedem laboꝝ ſanctoꝝ ſuoꝝ.et Mat.xxv. Venite bn̄dicti patris mei ⁊ ꝑcipite regnū ⁊c̄. Itē Mat.xi. Venite q̇ laboꝛaſtis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos Itē p̄s In memoria eterna erūt iuſti Itē nota.autoꝛ tangit dictū euangelij.ſ. qḋ dixit turbis iudeoꝝ Venit em̄ filiꝰ hoīs q̄rere ⁊ saluū facere qḋ ꝑierat.quare ḋr in lr̄a(q̄rere venerat paſtoꝛ pius) Etiā autoꝛ appellat xp̄m paſtoꝛē.⁊ hoc

De ſeipſo teſtat᷑ in euan. di. Ego ſum paſtoꝛ bonus ; qꝛ pono aīam meā ꝓ ouibꝫ meis Itē nota xp̄s induit naturā humanā tanq̄ȝ galeā. qꝛ ſicut galea occultat hoīem ne videat᷑. ſic humana natura occultauit diuinā. ita ꝙ diuina natura nunq̄ȝ cognita fuit dyabolo. ſi em̄ dyabolus ſciuiſſet xp̄m filium dei nunq̄ȝ iudeos incitaſſet ad paſſionem eius Vidit em̄ dyabolus ip̄m multa ſigna facere ex hinc habuit opinionē ip̄m foꝛe filiū dei. ſꝫ tn̄ neſciuit veritatē. ꝛ ꝰ tentauit eū in deſerto dicens Si filius dei es ꝛc̄. Etiaꝫ autoꝛ tangit in lr̄a ꝙ dyabolus fuit occiſus ꝑ xp̄m ſicut ꝑ militē armatuꝫ miles em̄ armatus hꝫ indumentū ne cognoſcat᷑ ꝛ offendat᷑ ꝛ gladiū hꝫ cū quo interficit Sic etiā xp̄s habuit indumentū. ſ. naturā humanam. ꝛ habuit gladium ſcꝫ diuinitatem cum quo dyabolum interfecit. vnde p̄s Accingere gladio tuo ꝛc̄.

clarat ſauli deuiationē. qua in tenebris ābulauit. neſciens quo iret donec
lumē veritatis ꝯgnoſceret. Tertio ꝯmēdat btm̄ paulū ꝓpter diuinam diſ
penſationē ⁊ ꝯtinuā p̄dicationē quā exercuit poſt ꝯuerſionē. Scða ibi.
qð dn̄ impugnat. Tertia ibi. hinc lingua tuoꝝ. Quantū ad primū dicit
ſic (Dn̄s) ſc₃ deus pater (dixit) id eſt predixit. ſ. per ꝓphetā dauid. Ego
conuertā ⁊c. ſ. ipſum paulum (ex baſan) id eſt de fide ſua mala (cōuertā)
inquā eum (in profundū maris) id eſt ad ꝯgnitionē vere fidei. Sed vide
inferius cauſam hui' expoſitionis. immo aliam expoſitionem. Sequitur
deinde in textu (quod) id eſt quam ꝓphetiam. dominus deus (dixit) id eſt
predixit ſc₃ diu ante tempus ſancti pauli (et fecit) id eſt perfecit eā₃ in ſan
cto paulo (vt) pro poſtq̄₃ (ſtrauit) id eſt proſtrauit (ſaulum) in terram (et
ſtatuit) id eſt inſtituit (paulum) et hoc dico (per verbum ſuum) id eſt filiū
(incarnatum) id ē hominem factum (⁊ per quod) ſc₃ verbum dominus
deus (fecit) id eſt creauit (ſecula) id eſt omnia que ſunt in celo ⁊ in terra
¶ Notandum in littera dicitur (dixit dominus ex baſan) q̄ illam pro-

ꝓphetiā dixit dn̄s ꝑ os p̄s. ⁊ ſenſus ē. ego ꝯuertā ſaulū in ꝓfundū maris. Ut ḡ hec ꝓphetia intelligat̄ eſt notādū. ꝙ baſan interp̄tatur ꝯfuſio. ⁊ baſan ē ꝓpriū nomē loci ſeu regionis. vn̄ ſct̄us paulꝰ erat oriūdus. cuius regionis regē expugnauerūt filij iſrl̄. vt teſtat̄ ſcholaſtica hyſt. Et baſan int̄pretat̄ ꝯfuſio. qꝛ in illa regione habitabāt hoīes ꝑuerſi. Etiā baſan interpretat̄ q̄ſi placēs. qꝛ an̄ ꝯuerſionē ſct̄us paulꝰ cupiebat placere hoīb; ⁊ nō deo. vn̄ p̄s. Confuſi ſunt q̇ hoīb; placent. qm̄ deꝰ ſpreuit eos. Tūc dr̄ in ꝓfundū maris. vn̄ mare includit in ſe hūiditatē. baſan vero nomē loci importat ſiccitatē. ⁊ ſic ſenſus lr̄e erit. ego ꝯuertā ſiccitatē i magnā hūiditatē. Un̄ ſct̄us paulꝰ fuit ſiccꝰ an̄ ꝯuerſionē. ⁊ ſic ſicca ꝯfuſio fuit ꝯuerſa ī humiditatē diuine gr̄e. vn̄ p̄s. Uiſitaſti terrā ⁊ inebriaſti eā. Uel alio modo pōt ſic intelligi. ego ꝯuertā ſct̄m paulū ex baſan in ꝓfundū mariꝫ. i. i ꝯgnitionē vere fidei. qꝛ fides ē lata. magna. ⁊ ꝓfunda. qꝛ ex fide credimꝰ trinitatem ⁊ multa alia q̄ ſūt in ꝓfundo ſpeculatōis. Etiā qꝛ fides nō ē inueſtigabilis aliq̄ experimēto. qꝛ ſi poſſet inueſtigari nō eēt fides ſ; ꝯgnitio. vn̄ Gre. Fides nō h; meritū vbi hūana rō p̄bet experimētū. Etiā alio mō ſic intelligit̄. ego ꝯuertā ſaulū ex baſan in ꝓfundū maris. i. in ꝓfundū ſecretorū dei. qꝛ ipſe raptꝰ fuit in tertiū celū. ⁊ ibi vidit multa ſecreta dei. vn̄ canit eccl̄ia de ipſo. q̇ in terra poſitꝰ ſecreta celoꝝ penetraſti. q̄ non licēt hoī loq̄ preuidiſti. Apl̄s ſcribit ad Roma. iij. Ubi ſupabūdat pct̄m ſupabūdat et gr̄a. In ꝟbis his b. paulꝰ duplr̄ ꝯmēdat̄. Primo delictorie. ſcd̄o meritorie. Delictorie deſcribit̄ in eo diuine pietatis diſpēſatio ꝓpter delictū cōmiſſu;. vn̄ ſcribit̄ in actib; Aploꝝ. Saulus adhuc ſpirās minaꝝ acceſſit ad principes ſacerdotū ⁊ petijt ab eis lr̄as vt q̊tq̊t inueniret huiꝰ fidei viros aut mulieres vinctos duceret in hierl̄m. vt ipſe atteſtat̄ de ſeipſo ad Corin. dicēs. Ego ſum minimꝰ aploꝝ ⁊ nō ſum dignus vocari apl̄s. qa ſupra modū eccl̄iam dei ꝑſecutꝰ ſum. Ad Gala. p̊. Audiſtis ꝯuerſationē meā aliqn̄ in iudaiſmo. De ſcd̄o ꝑ hoc ꝙ meritorie ꝯmēdat̄ tāgit̄ diuina pietas cū dr̄. ſupabūdat ⁊ gr̄a. vn̄ ad Gala. p̊. Cū em̄ placuit ei q̇ me ſegregauit de vtero matrꝫ mee ⁊ vocauit ꝑ gr̄a; ſuā ego nō acq̇eui ꝯtinue carni et ſanguini. Eādē diuinā diſpēſatōnē ipſe teſtat̄ ſcd̄a ad Corin. xij. Datus ē mihi ſtimulꝰ carnis angelꝰ ſathane q̇ colaphiſet me. ꝓpter qd̄ ter dominū rogaui vt auferret̄ a me. Cui xp̄s dixit. Paule. ſufficit tibi gr̄a mea. Etiā b. paulꝰ pōt ꝯpari mari ꝓfundo. qꝛ ꝓfunditas marꝫ cōtinet in ſe multos lapides nobiles ⁊ p̄cioſos. ſic paulꝰ habuit in ſe multas bonas doctrinas. q̇b; ipſe eccl̄iam dei illūiauit. vn̄ de eo canit̄. O glorioſū lumen oīm eccl̄iaꝝ. Pōt etiā ꝯpari ꝓfundo. ideo. nā ſicut mare ē valde amaꝝ ſic btūs paulus poſt ꝯuerſionē repletꝰ fuit amaritudine. ſicut de ſeipſo dicit Ter ꝟgis ceſus ſū. ſemel lapidatꝰ. ter naufragiū feci ꝓ xp̄i noīe. Itē lr̄a dr̄ ꝑ ꝟbū ſuū ⁊c. ꝑ illud ꝟbū etꝫ p̄t intelligi hoc ꝟbū fiat. qꝛ ꝑ h̊ ꝟbū creauit deꝰ celū ⁊ terrā. qꝛ dixit fiat lux. ⁊ facta ē lux. Etiā ꝑ illud ꝟbū xp̄s fuit incarnatꝰ. qn̄ b. ꝟgo dixit ad angelū. ecce āncilla dn̄i fiat ⁊c. Etiā ꝑ h̊ ꝟbū xp̄s ex magno ꝑſecutore fecit magnū p̄dicatorē xp̄ianoꝝ. Item nota. Saulus interp̄tatur ꝑſecutor. Paulus vero interpretatur fidelis p̄dicator. Modo autor dicit in littera. ⁊ fecit. ſaulū vt ſtrauit paulum ⁊ ſtatuit dominus ſtrauit ſaulum. id eſt dominus ex perſecutore fecit predicatorē

Paulus vero interp̄tatur fidelis p̄dicatoꝛ. mō autoꝛ dicit in l̄ra. vt ſtra-
uit ſaulū ⁊ fecit dn̄s paulū. i. dn̄s ex ꝑſecutoꝛe fecit p̄dicatoꝛē. Itē dice-
ret q̄s que ē cauſa ꝙ celebꝛat̄ feſtū ꝯuerſionis ſancti pauli. Ubi nota. tri-
plex ſolet aſſignari cā̄ ſuꝑ hoc. Primo ꝓpter exēplū vt nullus peccatoꝝ de
venia deſperare debeat. Sc̄do ꝓpter gaudiū qꝛ quātā triſtitiā eccleſia ha-
buit in eius ꝑſecutōne. tantā leticiam habuit in eius ꝯuerſione. Tertio
ꝓpter miraculum qđ dn̄s in eo oſtēdit dū de ſeuiſſimo ꝑſecutoꝛe fecit fi-
deliſſimū p̄dicatoꝛē. Nā eiꝰ ꝯuerſio fuit miraculoſa rōne efficiētis. ſ. xp̄i.
qui in eius ꝯuerſione fecit de ꝑſecutoꝛe vas electionis. Item nota. idem
homo q̄ ante ꝯuerſionē dicebatur ſaulus poſt ꝯuerſionē dictus ē paulus
Ex iſto patet ꝙ ſaulus ⁊ paulus ambo ſunt ꝓpꝛia noīa. Itē baſan eſt
nomē ciuitatis vel regionis feminini generis ⁊ indeclinabile. Sed mare
hic tranſſumitur pꝛo fide.

Quod dū impugnat. audiuit. ſaule. ſaule q̄d me ꝑſequeris

Ego ſum xp̄s. durum eſt tibi vt recalcitres ſtimulo.

Hic autoꝛ declarat ſancti pauli conuerſionē. ⁊ qualiter ſanctus paulꝰ ab
erroꝛe fuit reuocatus dicēs (Quod) ſcꝫ verbū. i. filiū dei. sᶜ paulus (dum
impugnat). ſ. ꝑſequēdo (audiuit). ſ. illā vocē (ſaule. ſaule quid) . i. ad q̄d
vel quare. sᶜ tu (me ꝑſequeris. ego) ſcꝫ qui loquoꝛ ⁊ quē ꝑſequeris (ſum
xp̄s. durū eſt tibi) id eſt impoſſibile ⁊ valde graue (vt recalcitres) id ē ꝑ
calcem reſiſtas (ſtimulo) ſcꝫ tue vocationis.

A facie domini mota ē terra contremuit mox et quieuit.

Dū cognito credidit dn̄o paulns ꝑſequi ceſſat conxp̄ianos.

(Terra). i. coꝛ ſancti pauli (eſt mota a facie domini) ſcꝫ loquentis (et) ſcꝫ
terra (contremuit). i. inhoꝛruit (⁊ mox quieuit) id eſt acquieuit. ſ. voci lo-
quentis ⁊ vocātis eū. tūc (paulus credidit) id eſt fidem accepit (cogni-
to domino) id eſt dum cognouiſſet vocem domini (ceſſat perſequi) id eſt
impugnare ſinit (conxp̄ianos) id eſt conſodales ſuos xp̄iani nominis. Iā
eīm factus erat eis ſocius. qui pꝛius erat eoꝛum perſecutoꝛ.

¶ Notandū impoſſibile ē aliquā ꝓphetiā p̄terire. ſic ꝙ non reducat̄ ad
actū. qꝛ alias vana fuiſſet viſio ꝓphetaꝝ. modo deus pꝛedixit ſaulū cōuer-
ti ⁊ fieri vas electionis de vaſe ꝑſequutiōis. ꝫ autoꝛ dicit. qđ dixit ⁊ fecit.

¶ Secūdo no. q̄n̄cūqꝫ deꝰ voluit oꝑari aliq̄ miracula circa aliquē hoīem
tūc ꝯmutauit nomē eius in benedictionē. Inuenit̄ eīm exēplū in abꝛahā q̄
ante benedictionē ⁊ repꝛomiſſionē dicebatur abꝛā. Itē Iacob poſtq̄ꝫ lu-
ctauit cum angelo vocatus eſt iſrahel. Itē eſau poſtq̄ꝫ requiſiuit ſangui-
nem fratris ſui appellatus eſt edon. quod interpꝛetatur ſanguis. Et iteꝝ
patet in ſara q̄ pꝛius dicebat̄ ſarai. ſed quia noluit credere verbis angeli.
ergo abbꝛeuiatū ē nomē eius ⁊ vocata ē ſara. Sic etiā dn̄s cū ex ꝑſecuto-
re fecit doctoꝛē fidei. mutauit nomē eiꝰ vt p̄us ſaulꝰ. poſtea paulꝰ vocaret̄

¶ Tertio nota. ꝙ reſponſio dei (qua reſpondit perſecutoꝛi) fuit multum
efficax. compat eīm vindictam ſtimulo. Unde ſciendum ꝙ triplex eſt ſti-
mulus de quo loquitur hic. Primus eſt ſtimulus pꝛedicationis. contra

De Conuerſione ſancti pauli

quē duꝝ eſt ambulare ſeu recalcitrare. vñ dñs. ego occidam ⁊ viuere faciam. ꝑcutiam ⁊ ego ſanabo. ⁊ nõ eſt q̇ poſſit de manu mea eruere. Secundus eſt ſtimulus correctionis ꝯtra quē durius eſt calcitrare. ⁊ ille eſt predicatio xp̄i ⁊ doctrina ſapientū. vñ Ecci. Verba ſapientū ꝯterūt bella. et ſūt q̄ſi ſtimuli ⁊ aculei ī altū defixi. Itē puer. ix. Corrige ſapiētē ⁊ diliget te. argue inſipiētē ⁊ odio habebit te. Tertiꝰ ē ſtimulꝰ paſſionis xp̄i cõtra quē duriſſimū eſt recalcitrare ⁊ quodāmõ īpoſſibile. vñ Duꝝ ē tibi ꝯ̄ ſtimulū huius paſſionis calcitrare. q2 oīs calcitrans ē mercenarius ⁊ nõ paſtor. cū ſit vnus paſtor ⁊ vnū ouile Joh. x. ¶ Itē nota. cum diuine pietati placuit vt de ſaulo paulū faceret. ſaulus accepit litteras a principibꝫ ſacerdotū vt vbicūꜛ inueniret xp̄ianos vinctos ꝑduceret in hieruſalē Cū aūt appropinquaret damaſco circūfulſit eū lux de celo. ⁊ audiuit vocē dicentem ſibi. Saule ſaule q̇d me ꝑſequeris. qui dixit. quis es dñe. Jeſus dixit. Ego ſum ieſus quē tu ꝑſeq̄ris. Cui paulus. Dñe q̇d vis me facere et cecidit in terrā. ſ3 viri qui affuerūt erexerūt eū ⁊ duxerūt eū in vicū in ꝑua villa circa viā. ⁊ ibi māſit tribꝫ diebꝫ nõ vidēs. nõ ꝯmedēs. nec bibēs. Sed tertia nocte dñs dixit Ananie Anania vade ⁊ queras ſaulū. Ananias dixit. Dñe audiui multū de hoīe iſto quanta mala facit chriſtianis. Subdit dñs. vade ipſe em̄ orat ⁊ vas electionis effectꝰ eſt. Mane facto Ananias venit ad ſaulū ⁊ dixit ei. Saule frater mi. dñs (q̇ apparuit tibi in via) miſit me ad te vt videas ⁊ implearis ſpūſancto. Et ſtatim vidit et recepit cibū ⁊ ꝯfortatus ē. Et ꝯtinue p̄dicabat in ſynagogis xp̄m eē filiū dei crucifixū ¶ Item nota. ꝙ autor dicit. a facie dñi ⁊c̄. vbi tāgit̄ dictum p̄s. A facie dñi ⁊c̄. Et ꝑ terrā intelligit̄ ſanctꝰ paulꝰ. Et merito paulꝰ vocatur terra. q2 ſicut terra facit fructū ſeu ꝓducit ꝑ quē oīa animalia nutriūtur. ſic ſanctus paulus dedit nobis doctrinas quibus mediantibꝫ conſeruamus aīas noſtras in vitā eternā ¶ Itē hec verba ſaule ſaule ⁊c̄. dupliciter ꝯſideranť. vno mõ ſignificatiue. ⁊ ſic ſūt diſtincte dcões. Scđo mõ cõſiderātur vt ſupponūt ꝓ ſola voce. ⁊ ſic ſumūtur ꝓ dcõne materiali. et ſic hoc totū ꝯplexū. ſaule ſaule ⁊c̄. ē vnū nomē neutri gñis ꝑ regulam Dictio q̄cūꜛ ⁊c̄. ¶ Itē ſaulus dicit̄ a ſalym hebraice. qđ eſt vulpes latine. q2 ſicut vulpes decipit alia aīalia. ſic ſaulus ſumpſit lr̄as a p̄ncipibꝫ vt poſſet deciꝑe xp̄ianos. Itē recalcitrare idē eſt qđ repugnare. ⁊ ſpectat ad eq̊s qui retro ꝑcutiūt. ſic ille q̇ recedit a xp̄o eius xp̄ianitatem impugnās ſicut quilibet hereticus. aſſimilat̄ aīali bruto Itē lr̄a dicit. mota eſt terra. ⁊ illa lr̄a dupliciter gloſatur. vno mõ ꝙ paulus (qui de terra factus ē) ſit motꝰ Alio modo ꝙ terra ſuper quam ſteterat paulus fuit mota. ⁊ bene ſtabit vtrūꜛ Et mota ē participiū p̄teriti tꝑis a moueor ¶ Itē cõtremuit eſt verbū tertie ꝯiugationis compoſite figure a con ⁊ tremo

¶ Hinc lingua tuoꝝ eſt canū ex inimicis rediens ad te deus

Hic autor ꝯmēdat beatū paulū virtute p̄dicationis Et diuidit̄ in duas ꝑtes. In p̄ma ꝑte ꝯmēdat eū in ꝓphetia. Scđo oſtēdit effectū ſue p̄dicationis ibi. Quo docēte. Prima ꝑs adhuc diuidit̄ in duas ꝑtes. Primo facit qđ dictū eſt. Scđo ꝯmēdat eū metaphorice. ibi Hic lingua ſacerdotū ⁊c̄. dicens ſic O deus (hinc) .i. ideo paulus (eſt lingua) ꝑ quā loquūtur

et predicant (tuoꝝ canū).i. ſacerdotū (rediēs ad te) ſcʒ ꝑ ꝯuerſionem (ex inimicis) id eſt ex ſeruitute dyaboli. qui ē inimicus generis humani.

Dum paulus in ore omniū ſacerdotū iura dat preceptorum

Docens crucifixum non eſſe aliūm preter chriſtum deum

Cum patre qui regnat et ſanctoſpiritu. cuius teſtis paulus

Et quia hec loquutio ē metaphorica. ideo autor ſeipſum exponit dicēs. Paulus eſt lingua canū (dum) pro quando (paulus dat iura) id eſt ſtatuta ⁊ leges (preceptoꝝ in ore omniū ſacerdotū docēs nō eſſe aliuʒ deū preter chriſtum crucifixum qui regnat cum patre ⁊ ſpirituſancto. cuius) ſcilicet chriſti dei (paulus eſt teſtis)

¶ Notādum ꝙ prima pars huius ſentētie trahiẜ ex dicto ꝓphete ꝑs. lxvi vbi dr̄. intingaẜ pes tu⁹ in ſanguine ⁊ lingua tuoꝝ canū ex inimicis. Vñ pes beati pauli eſt intinctus ſanguine. qñ per circuitū vniuerſi mūdi pericula ſuſtinuit q̄ ꝑ ſe enumerat. ſcd̄a Corin. xi. dicens Ter virgis ceſus ſū Vñ hec pericula Hylarius in paſſionali deſcribit ꝙ beatus paulus ſub Philippo rege ꝓgis cediẜ ⁊ in carcere poniẜ. in ligno pedib9 affigitur. in liſtris .i. in tali ciuitate. lapidaẜ. in Epheſo feris datur. in Damaſco ꝑ ſportam tempore nocturno per murum emittitur. in hieruſalē ligatur ⁊ percutitur. in ceſaria claudiẜ ⁊ criminatur. in Italiā nauigās ꝑiculo maris arripitur. Romā veniēs ſub Nerone iudicaẜ ⁊ occiſus fuit. ⁊ ergo pes ei⁹ intinctus ē ſanguine. ¶ Scd̄o nota. au. dr̄ lingua canū. in quo tāguntẜ duo Primū ꝙ lingua poniẜ ꝓ p̄dicatione. ⁊ hoc ꝑ figurā q̄ dr̄ methonomia q̄ fit qñ inſtrumentū poniẜ ꝓ opatione. vt hic lingua ponitur ꝓ predicatore Secūdo canis poniẜ ꝓ infideli. q2 canis eſt animal deſpectum et irrationale. Unde cum dominus vellet maledicere moab. per Dauid ex hoc ꝙ interfecit Abner principem milicie regis Saul. dixit. non deficiat de domo tua canis fluxuʒ ſanguinis ſuſtinens. canis. id eſt infidelis. Sic etiā capitur in euangelio. Non eſt bonum ſumere panem filiorum et mittere canibus ad manducandum. Item Mathei. vij. Nolite ſanctū dare canibus. Sed beatus apoſtolus paulus fuit lingua. id eſt predicator. illoruʒ canum qui de canibus fecit homines rationales. de paganis fideles. de filijs ꝑditionis fecit filios repromiſſionis. Itē nota littera dr̄ Hic lingua tuoꝝ ē canum. quod vno modo ſic poteſt exponi. vt lingua canum ſumatur per ſyncopam pro canorum a nomine canus. ⁊ dicitur homo ſpiritualis habens caniciem. Tunc ſententia eſt in iſto. ꝙ ſanctus paulus eſt lingua tuoꝝ canum. id eſt tuorum ſapientum. Scd̄o exponitur ꝙ hi canū ē gtūs huius nominis canis de quo poſtea patebit. Ubi nota ꝙ ſacerdotes dicitur canes ꝓpter duas cauſas. Prima. q2 ſicut canis ē aīal latrabile manifeſtās furem. ſic ſacerdos debet manifeſtare ipſos peccatores. ⁊ debet latrare ⁊ ipſis predicare ⁊ pellere infidelitatem de hominibus. Unde Eſayas. clama non ceſſes exalta vocem tuam quaſi tuba. Secundo q2 ſicut canis lingēdo vulnera cū lingua ſua ſanat ipſa. ſic ꝑ linguā doctri

ua ſacerdotis debet ſanare vulnera anime. Item notandũ ꝙ in lr̃a dicit
in ore oĩm ſacerdotũ. illa em̃ patet in ep̃la ſua vbi docet qualis debet eſſe
ep̃s dicẽs Oportet em̃ ep̃m mitẽ ⁊ caſtũ eſſe. nõ lucri cupidũ. ⁊ ſic mõ da
bat illa iura oĩbꝫ ſacerdotibꝫ ⁊ cũ hoc oĩbꝫ gradũ ſacerdotalẽ habẽtibꝫ Itẽ
per hoc ꝙ dicit crucifixũ debet intelligi xp̃s qui crucifixus ẽ verus deꝰ re
gnãs cũ patre ⁊ ſpũſctõ. vñ p̃s Videte qꝛ ego ſum ſolꝰ ⁊ nõ ẽ aliꝰ p̃ter me
Pro terminis nota. rediens eſt pricipiũ a verbo neutrali redeo et cõ-
ponitur a re ⁊ eo interponẽdo d Item os eſt nomen neutri generis ſimi
liter ⁊ ius et caret tribus caſibus in plurali Et ius ẽ equiuocũ vt patet in
Eber. Jus meritum. ius aqua. ius dicitur ipſa poteſtas

¶ Hic lingua ſacerdotum more canis dũ plinxit legis et euã
gelij duos molares in his cõtriuit. Corroſit vniuerſas ſpeci
es medicinarũ. quibus curãtur ſaucij reficiuntur enutriendi

(Hic) ſcꝫ paulus eſt (lingua ſacerdotũ. dũ ipſe plinxit). i. pfecte linxit (et
ordinauit more). i. ad ſimilitudinẽ (canis. duos molares). i. fundamenta
(legis). i. veteris teſtamenti (et euangelij. ꝯtriuit). i. collegit (et corroſit)
id eſt vndiqꝫ ꝯportauit (in his) ſcꝫ molaribꝫ (vniuerſas ſpecies) ſcꝫ aro-
maticas (medicinaꝝ). ſ. ſpiritualiũ (quibꝫ) ſcꝫ ſpeciebꝫ (ſaucij) id eſt infir-
mi (curãtur) id eſt ſanãtur et (reficiũtur) id eſt fouentur refocillãtur (enu
triendi) id eſt informandi in rudimentis fidei

¶ Quo docente deum mare vidit et fugit. iordanis conuer-
ſus eſt retrorſum Quia turba gentium relicto viciorũ profun
do og rege baſan confuſo. Te ſolum adorat xp̃m creatorem
quem cognoſcit in carne veniſſe redemptorem.

(Quo) ſcꝫ Paulo (docente) id eſt predicante (deum) ſcꝫ xp̃m (mare vi-
dit et fugit) cuius expoſitio patebit inferius (quia turba gentiũ) infideliũ
paganoꝝ (relicto profundo) id ẽ magnitudine ſeu immenſitate viciorum
(⁊ confuſo og rege baſan) id eſt dyabolo conturbato vt patebit (adorat)
ſcꝫ turbaꝛ gentium (te ſolum chriſtum creatorem. quem ꝯgnoſcit) id eſt fi
deliter credit (veniſſe redemptorem in carne) ſc humana.
¶ Notãdũ littera dicit canis. Et canis ẽ aĩal latrabile. ⁊ ponitur ꝓ p̃di-
catore. Vñ ſicut canis continue latrat. ſic p̃dicator dei habet ꝯtinue latra
re predicãdo ꝯtra infideles ⁊ ipſos peccatores corrigendo Vbi nota.
ꝙ in cane habẽtur aliq̃ virtutes. vt patet in quibuſdã verſiculis. quas ſan
ctus Paulus dicitur in ſe retinuiſſe. vñꝰ. In cane laudanda ſũt quattuor
atqꝫ probanda. Eſt lingua medicus. dñiqꝫ fidelis amicus. Edem cuſto-
dit. furẽ latrando qꝫ prodit. Vñ ſicut canis dicit̃ eſſe medicꝰ rõne ſue lin-
gue. ſic ſanctꝰ Paulꝰ multos deuiãtes ⁊ debiles q̇ non poterãt cognoſce
re vere fidei luciditatẽ curauit lingua ſua. i. ſua inſtructõe dulciſſima ⁊ do
ctrina lingendo. cũ corda debiliũ. i. corda errãtiũ eis iprunẽdo ſaluberria

documenta fidei Etiā dn̄o ſuo multū fuit fidelis ſicut canis .qꝛ cōmiſſa fideliter obſeruauit p̄e rapina.i.fideles in cuſtodia retinebat. ⁊ ſic q̄libet virtus adherens cani ſcō paulo p̄t applicari Sc̄do nota ꝑ duos molares intelligit̄ duplex teſtamētū.ſcꝫ nouū ⁊ antiquū quoꝝ vnū mouet aliū ita q̄ vnū ex alio cognoſcit̄.⁊ hos molares bn̄ ꝯtritos ꝯlectos ⁊ expoſitos ꝯfirmauit i ore alioꝝ ſacerdotū vt ⁊ ipi poſſent etiā ꝟbū dei p̄dicare ¶ Itē autor dr̄.corroſit vniuerſas ſpēs ⁊c. ſup illō dr̄ glo. q̄ ſaucij dicūtur illi q̄ ſunt in infirmitatib⁹ occupati Et ſumit̄ hic ꝑ hereticis ꝯtra fidem luctantib⁹ Sꝫ enutriendi dicunt̄ illi q̄ nondū aliquā fidē integralit̄ receperūt.ſꝫ ſunt adhuc informandi. ⁊ medicina illoꝝ nō ē alia niſi p̄dicatio ⁊ ꝟbū dei cū bn̄ficioꝝ ꝯfirmatōe Itē ſciendū q̄ ſc̄da ps hui⁹ ſnie trahitur ex cantico filioꝝ iſrael. vbi dr̄. mare vidit ⁊ fugit ⁊c. qꝛ hoc factū ē in exitu filioꝝ iſrael de egipto. Et autor loq̄tur hic ꝑ figuram q̄ dr̄ ꝓſopopeya.q̄ hꝫ fieri qn̄ aliq̄d attribuit̄ reb⁹ inaīatis qđ tn̄ ſpectat ad res aīatas.⁊ ſic dr̄ mare vidit ⁊ fugit.mō videre ꝑtinet ad res aīatas. ⁊ ḡ ſic exponit̄.mare vidit exercitū filioꝝ iſrael.⁊ fugit dans eis ſecurū tranſitū vt ꝑambularēt ipm ſiccis pedib⁹.ſic ſcribit̄ Exo.xiiij.qn̄.xij.trib⁹ iſrael ꝑtrāſierūt mare rubrū.tunc duodecim lapides ſunt poſiti circa mare in ſignū illius q̄ dn̄s fecit ſtare aq̄s iordanis donec populus ꝑtranſiſſet Modo metaphorice intelligendo(mare)id eſt infidelitas gentilium ⁊ error (vidit) ſcꝫ p̄dicatōnem ſancti Pauli (⁊ fugit) id eſt a malicia ceſſauit ⁊ locum deo dedit.ſꝫ (iordanis).i.error iudeoꝝ (eſt ꝯuerſus retrorſum)id eſt multi iudei ꝑ p̄dicatōem ſancti Pauli ſunt ꝯuerſi ad dn̄m Item nota rex baſan erat gygas in corpore.potens in regno.ꝑ quē intelligimus dyabolū cuius vis defecit in p̄dicatōe ſancti Pauli. Et eſt ꝯfuſus.qꝛ ſanct⁹ paulus docuit homines reſiſtere tentationib⁹ dyabolicis

¶ Pro terminis nota.plingo capit̄ hic ꝑ informatōe.⁊ hꝫ plinxi in p̄terito ⁊ caret ſupino Itē molaris eſt nomen maſculini gn̄.⁊ duo ſcat. vñ Dentē molarē.lapidē dic eē molarē Itē corroſit ē ꝟbū trāſitm̄.⁊ cōponit̄ a con ⁊ rodo.mutādo o in r. Itē reficiunt̄ ē paſſiuū hui⁹ ꝟbi reficior Jn refectoriū.⁊ ē locus in quo monachi ſolent comedere Itē relicto profundo ⁊ ꝯfuſo og rege ſunt ablatiui abſolute poſiti.⁊ og eſt ꝓpriū nomē regis.⁊ eſt nomen iude Sed retrorſum eſt aduerbium loci

C Oncentu parili hic te maria venerat̄ populus .teq̄ꝫ pijs colit cordib⁹ Generoſi abrae tu filia venerāda regia De dauidis ſtirpe genita.

¶ Iſtud canticū cantat̄ ad laudē ⁊ reuerētiā ꝟginis glorioſe in purificationis feſto Et diuidit̄ in tres ꝑtes In p̄ma autor ponit p̄mitiuā cōmēdatōem hui⁹ feſti In ſc̄da ponit eiuſdē feſti hyſtorialē deſcriptōeꝫ In tercia addit ei⁹ ꝯſequutiuā collaudatōeꝫ.ſc̄da ibi. Sꝫ tu tn̄.tercia ibi. Laus patri Prima adhuc in duas In p̄ma autor cōmēdat eā q̄tū ad ꝓpheticā dignitatē In ſc̄da q̄tū ad myſterialē ꝓphetiā.ſc̄da ibi. Te ꝟga arida Et p̄mo ſic dr̄. O (maria) ꝟgo (b̄ ꝓplus).i.ꝯgregatō hoīm (venerat̄).i.ho-

noꝛat(te parili ꝯcentu).i.eq̄li ⁊ ꝯcoꝛdi cantu(ꝗ).ꝑ et(colit).i.celebrat. ſcȝ te(pijs coꝛdibꝫ)qꝛ(tu es venerāda filia generoſi abꝛae) ⁊ hoc quo ad eiꝰ ꝓgenie(genita).i.nata(de regia).i.regali(ſtirpe).i.ꝓgenie(dauidis) qꝛ ꝓmiſſio eſt facta Dauidi ꝙ de ſemine ſuo naſcereť xp̄s

¶ Sanctiſſima coꝛpoꝛe caſtiſſima moꝛibuſqȝ omnium pulcherrima virgo virginum

¶ Cōſtrue Et tu maria es(ſctiſſima).i.puriſſima itegerrima(coꝛpoꝛe caſtiſſima).i.pudiciſſima(moꝛibꝫ)ſcȝ vita verbo ⁊ cōuerſatōne(ꝗ)ꝑ et(pulcherrima ꝟgo ꝟginū oīm) ¶ Notandū.ſcribiť Malach.iij. Ecce mitto angelū meū q̇ ꝑparabit viā añ faciē tuā.⁊ ſtatim veniet ad templū ſctm̄ ſuū dñatoꝛ dñs quē vos q̄ritis.⁊ angelus teſtamēti quē vos vultꝫ In illis ꝟbis tanguntť tria Primo huiꝰ feſti oꝛiginalis cōmēdatō Scđo eiuſdē hyſtoꝛialis declaratio Tercio huiꝰ feſti ꝯſequutiua collaudatio. ꝑmū tangiť ibi. Ecce ego mitto angelū meū. Uñ hoc feſtū purificatōnis beate ꝟginis habuit oꝛiginē a feſto ꝯceptōis ⁊ natiuitatꝫ. qꝛ ſi be. virgo nō fuiſſet ꝯcepta nō fuiſſet nata.⁊ ſi nō fuiſſet nata nō fuiſſet purgata.⁊ iō ad ipius ꝯceptōem deus miſit angelū ſuū di.ad eā. Spūſſcūs ſupueniet in te ⁊c̄.q̇bꝫ ꝟbis ipa ꝯſenſum adhibuit di. Fiat mihi ſm̄ ꝟbū tuū. Et ꝑ angelū intelligiť ſpūſſcūs miſſus in terrā.q̇ ꝑparauit viā añ faciē xp̄i venientis.et q̇ ſpūſſcūs ferebať ſup̱ aquas añ creatōeȝ mūdi.⁊ coꝛda ꝓphetaꝝ irrigauit.⁊ ꝟtute illius miſſus eſt gabꝛiel angelꝰ. vt ꝑꝫ Luce ꝑmo. Uel ꝑ angelū intelligiť ſcūs Johes bap.q̇ p̄curſoꝛ dñi appellať Scđo tangiť huiꝰ feſti hyſtoꝛialis declaratio cū dꝛ. Et veniet ad tēplū ⁊c̄. Uñ triplex ē tēplū ad qđ xp̄s veniebat Primū ē ꝟginale coꝛpꝰ ad qđ venit tp̄e incarnatōis ſue.⁊ btā ꝟgo ē vocata tēplū dei. Gre. Domꝰ pudici pectoꝛis tēplū ⁊c̄. Scđm tēplū ad qđ xp̄s venit fuit materiale ex lignis ⁊ lapidibꝫ ꝯſtructū.⁊ hoc fuit tp̄e purificatōis be.marie ꝟginis Tercium tēplū ad qđ xp̄s venit ē ſpūale qñ inhabitat ⁊ intrat coꝛda fideliū. vñ p̄a ad Coꝛinth.iij. Tēplū dei ſcm̄ ē qđ eſtis vos Et de tēplo materiali itelligitur dictū ꝓphete.ſcȝ Et venit ad tēplum ⁊c̄. ¶ Tercio ꝓpheta tangit ꝯſequutiuā collaudatōem.qꝛ ipe dñs q̇ pn̄tatꝰ ē in tēplo ille ē angelꝰ q̇ in veteri teſtamēto figuratꝰ ē in nube Sȝ in nouo teſtamēto ē p̄figuratus in ſpeculo relucēti.qꝛ legitur in Exo. Poſtq̄ȝ fabꝛicata erat archa teſtamēti recluſit moyſes ī ea veꝝ māna ⁊ ꝟgā aaron ex p̄cepto dñi.⁊ etiā tabulas legis.hec tria erāt figure noui teſtamēti.qꝛ ꝑ tabulas legis intelligiť deꝰ pater q̇ dedit legē moyſi.ꝑ māna veꝝ itelligiť filiꝰ q̇ ē veꝝ māna qđ de celo deſcēdit Sȝ ꝑ ꝟgā aaron deſignať ſpūſſcūs ꝟtute cuiꝰ deſcēdit de celo inter ꝟgas ⁊ q̇ fecit floꝛere ꝟgā aaron Uel ꝑ ꝟgā itelligiť caſtitas q̄ cōcluſa fuit in beata ꝟgine.q̄ ꝑ celeſtē caſtitatē in multis locis collaudatur.

¶ Pro terminis nota Concētus eſt nomē quarte declinatōis a ꝟbo cōcino qđ cōponiť a con ⁊ cano.vel dꝛ a con ⁊ cantꝰ. Itē parilis ē nomen adiectiū.⁊ idē ē ꝙ equalis.⁊ dꝛ a noīe par paris. Itē venerať ē ꝟbū cōe et ſcat actōem in p̄ſenti Itē lr̄a dꝫ hic populus. ad excludendū populuȝ iudaicū.qꝛ talis populus nō venerať virginem glorioſam. Item colo eſt

Verbũ tranſitiuũ. ⁊ eſt equocũ. vt pꝫ in Eberar. Agros rus formã ſupos
colit atqꝫ parẽtes Hic arat hic habitat ornat adorat amat Itẽ lr̃a dt. fi/
lia abrae. vñ be. ꝟgo nõ fuit filia abrae ſm carnis generatõnem. ſꝫ tm̃ ſm
linee ꝯſanguinitatꝭ deſcenſum. qꝛ ex ſtirpe abrae genita fuit

¶ **Letare mater ⁊ virgo nobilis gabrielis archangelico que oraculo credula genuiſti clauſa filium**

¶ Hic autor ampliat laudẽ be. ꝟginis di. O (mater) ſcꝫ ieſu xp̄i (⁊ ꝟgo nobilis. letare). i. gaude (que) exñs (credula archangelico oraculo). i. al/loquutõi gabrielis archangeli (genuiſti clauſa) id eſt incorrupta (filium)

¶ **In cuius ſacratiſſimo ſanguine emũdatur vniuerſitas ꝑditiſſimi generis. vt promiſit deus abrae.**

¶ (In cuiꝰ) ſcꝫ filij (ſacratiſſimo ſanguine. emũdaꝛ) id eſt liberaꝛ a culpa (vniuerſitas ꝑditiſſimi generis) id eſt vniuerſum genus humanũ (vt) ꝑ ſicut (deus ꝓmiſit abrae) dictis angelicis. qꝛ tu genuiſti filiũ tuũ ieſuꝫ xp̄m caſta ⁊ incorrupta. q̇ ſcꝫ ieſus xp̄s. totũ genus humanũ ꝑditũ ⁊ cõ/demnatum redemit ſuo ſanctiſſimo ſanguine. vt ꝓmiſit generi abrae
¶ Notandũ. autor dt. gabrielis ⁊c̃. ꝑ hoc tangit ſalutatiõem gabrielis. vñ deus oĩpotens miſit de celo be. virgini ꝑ angelũ gabrielẽ ſuauiſſima verba ſcꝫ Aue maria gr̃a plena dñs tecũ. ⁊ qñ illa ꝟba inſonuerũt auribꝫ beate virginis ip̄a ſtatim p̄buit ꝯſenſum ꝑ virginitatis hoſpiciũ vel hu/militatis dicens. Ecce ancilla dñi. In illa voce ꝑ ſp̄m ſcm̃ ꝯcepit ieſum xp̄m ⁊ portauit in vtero. quẽ expleto tp̄e peperit ſaluatorẽ mundi nobis oĩbꝫ ad ſalutẽ Et tunc impletũ eſt qd dt Gre. Deſcendit de celis miſſus ab arce patris Et iteꝝ. Beata es virgo maria q̃ credidiſti dño qm̃ in te ꝑficientꝛ ⁊c̃. vñ ꝑ illud verbũ aue plures ſunt ſalutati Primo tres. ſcꝫ ma/ria ſalome. maria iacobi. ⁊ maria magdalene qñ de nocte q̃ſierũt xp̄m. tũc xp̄s apparuit eis di. Auete. ⁊ hoc ꝓpter maiorẽ leticiã Scd̃o be. ꝟgo fu/it ſalutata illo ꝟbo vt patuit Tercio ꝑ illud verbũ xp̄s fuit ſalutatus. vt pꝫ in eius paſſione vbi dꝛ Aue rabbi. ſilr̃ Aue rex iudeoꝝ. ⁊ hoc ꝓpter maiorẽ ꝯtumeliã. vt mediante illa ꝯtumelia liberaret nos ab eterna dãna/tione. ¶ Itẽ nota. autor dt nobilis mater. vñ eius nobilitas patꝫ in hoc. qꝛ filia p̄ncipis eſt ⁊ mater regis oĩm regũ. vñ Hiero. Quis nobilior eſt matre dñi. ſplendidior eſt ea q̃ ſplendorẽ elegit eterne glorie O nobiliſſi/ma nobiliſſimi p̄ncipis filia q̃ꝫ pulchri ſunt greſſus virtutũ tuaꝝ in calcia/mentis tuis non bouinis ſeu hircinis. ſed aureis aurea charitate ornatis nam aureus amor marie ad deum. ⁊ aureus amor ad proximũ quaſi duo calciamenta q̇bus pedes affectuũ eius inuncti ⁊ ornati erant.
¶ Pro terminis nota. archãgelicꝰ ẽ nomẽ adiectiuũ deriuatũ a noĩe ar/changelꝰ. qd vlteriꝰ cõponiꝛ ab archos qd ẽ p̄nceps ⁊ angelus. q̃ſi prin/ceps angeloꝝ. Itẽ credulus eſt nomen adiectiuũ deriuatũ a ꝟbo cre/do is ere. Itẽ ꝑditiſſimus poniꝛ hic in ſuꝑlatiuo gradu. ⁊ dꝛ perditus q̃ſi damnatus. ſic perditiſſimus quaſi maxime damnatus

De purificatõne beate marie

¶ Te virga arida aaron flore ſpecioſa prefigurat maria ſine viri ſemine nato floridã. Tu porta iugiter ſerata quam Ezechielis vox teſtatur maria ſoli deo peruia eſſe crederis.

¶ Hic au. cõmẽdat be. ꝟginẽ ꝯtũ ad myſterialẽ ꝓphetiã di. O (maria arida virga aaron) de qua infra patebit. ſcʒ exñs (ſpecioſa) id eſt formoſa (flore). i. ꝑ florẽ (ꝑfigurat) id eſt ſignat (te floridã) id eſt fecundã (nato) id eſt ꝑ filiũ tuũ (ſine viri ſemine) O maria (tu es porta ſerata). i. clauſa (iugiter). i. aſſidue (quã) ſcʒ portã (vox ezechielis) ſcʒ ꝓphete (teſtať) id eſt ꝑdixit. ⁊ tu (crederis eſſe peruia ſoli deo ¶ Notandũ. in iſta lr̃a due tangunť hyſtorie Prima tangiť cũ dr̃. te virga arida aaron. Vñ legiť in Exo. qñ ex duodecim tribubꝫ iſrael eſſet eligendus vnus q̃ ꝑeſſet tabernaculo ꝑ annũ. tunc in tẽplo dei erãt poſite. xij. virge aride. quaꝝ vna fuit ipius aaron q̃ vna nocte floruit ⁊ amigdala ꝓduxit licet arida fuerit Et recte ſicut hoc fuit ꝯtra naturã. ſic be. ꝟgo deũ oĩpotentẽ ſine corruptõe ꝟginitatis ꝓduxit Itẽ ꝑ virgã aaron pt̃ intelligi virga ꝑ quã moyſes duxit ꝓplm̃ iſraeliticũ ꝑ mare rubrũ. ⁊ mediante qua aquã de lapide ꝑcuſſit. q̃ ſicut talis ꝟga ꝓplm̃ iſraeliticum a iugo pharaonis deduxit. ſic be. virgo maria a multis tribulatõnibꝫ nos liberauit Siĺr ſicut lapis ꝯtra naturaʒ aquam dederat. ſic beata virgo maria ſupnaturaliter filium ꝓcreauit

¶ Scd̃a hyſtoria tangiť ibi. Tu porta iugiter. Vñ ſciendũ. circa fineʒ li. Ezech. ſcribiť. Poſtq̃ʒ ezechiel deſcripſit dñm deũ. ⁊ vidit aquã egredientẽ a latere dextro templi. vidit etiã partẽ occidentalẽ q̃ reſpiciebat ſancta ſanctoꝝ. ⁊ ibi vidit aliq̇d egredi ꝑ portã. ⁊ audiuit vocẽ dicentẽ. Hec porta clauſa manet ⁊ nõ aperieť. ⁊ dñs ingreſſus eſt ꝑ eã. ꝑ hãc ergo portam figurať virgo glorioſa ꝑ quã ingreſſus eſt dñs ipa clauſa ꝑmanente et incorrupta Sup̱ iſto dr̃ Hiero. In glorioſam portam Ezechielis rex glorie intrauit dum voce gabrielis eam fecũdauit

¶ Pro terminis nota. aridus eſt nomen adiectiuũ deriuatũ a ꝟbo areo. Vñ areſco verbũ inchoatiuũ Inde area. i. campꝰ nõ fructuoſus Itẽ floridus eſt nomẽ adiectiuũ deriuatũ a noĩe flos Itẽ teſtať eſt verbũ deponentale hñs actiuã ſ̾catõem Itẽ ꝑuius eſt idem q̃ penetrabilis. ⁊ dr̃ a per. i. valde ⁊ via. quaſi ꝑfecta via.

¶ Sed tu tñ matris virtutũ dũ nobis exẽplũ cupiſti cõmendare ſubiſti remediũ pollutis ſtatutũ matribꝫ. Ad templum detuliſti tecum mundandũ. qui tibi integritatis decus deus homo genitus adauxit intacta genitrix

¶ Hic au. deſcribit huiꝰ feſti hyſtorialẽ dignitatẽ di. O be. ꝟgo. licʒ fueris incorrupta (tñ ſubiſti) ꝑ ſubiuiſti (remediũ). ſ. purificatõis (ſtatutũ) i. iſtitutũ (mr̃ibꝫ pollutꝭ). i. imũdis (dũ tu cupiſti) ꝑ cupiuiſti ꝑ ſincopã. i. voluiſti (cõmẽdare). i. ꝑbere (nob exẽplũ. mr̃is). i. hũilitatꝭ. ⁊ (tu) exñs

Intacta dei genitrix (detuliſti tecū ad templū) ſcȝ puerꝝ tuū (mūdandū)
id eſt purificandū (q̇) ſcȝ puer (genitꝰ) .i. natꝰ (deꝰ ⁊ hō. adauxit) .i. au/
gmētauit (tibi) glioſe ꝟgini (decꝰ) .i. honoꝛē (itegritatꝭ) .ſ. ꝟginitatꝭ tue
¶ Notandū hec lr̄a ꝯcoꝛdat cū feſto purificatōis marie q̄ tāgit puritatē
ꝟginis glioſe. vñ ex lr̄a pȝ. ꝙ lex erat ſtatuta pollutꝭ mr̄ibꝫ ſꝑ poſt ꝑtū xl.
die ſe purificare. vt pȝ leuitꝭ .xij. ꝙ mulier q̄ filiū generaret ſuſcepto ſemīe
ꝑ ſex ſeptimanas eēt imūda a ꝯſoꝛtio hoīm ⁊ ab īgreſſu tēpli Si ꝟo gene
raret filiā ꝑ xij. ſeptimanas maneret extra tabernaculū. q2 imūda ē coꝛam
dño Sȝ tñ hec lex in btā ꝟgine nō viguit. q̄re purificatōe nō idiguit Et
ꝗuis be. ꝟgo generauit ſine ſemine. purificari tñ voluit. hoc tñ cā humili/
tatꝭ factū fuit ⁊ nō cā neceſſitatis. q2 btā ꝟgo generauit ſine ſemine ſuſce
pto. ḡ fuit ſoluta a tali ꝯſuetudine ⁊ lege Si em̄ purꝰ ex humilitate vo/
luit purificari ꝗto magꝭ īpurꝰ q̇ hȝ matrē purificandā. vñ Lucas in ca.
ij. bñ declarat purificatōem eiꝰ dicēs Poſtq̄ȝ ipleti ſunt dies purgatōis
eiꝰ ſm̄ legē moyſi tulerūt eū in iheruſalē. vt ſiſterēt eū dño. ſicut ſcriptū ē
in lege dñi. ꝙ oē maſculinū adaperiēs vuluā ſctm̄ vocabit̄. i. ſctificabit̄ dño
Et inde eſt ꝙ in veteri teſtamēto parētes maioꝛi reuerētia ⁊ dilectōe ha
bebant ꝑmogenitos ꝗȝ alios natos ¶ Itē nota diceret aliq̇s q̄re lex p̄ce
pit vt .xl. die puer in tēplū dȝ deferri ad purificādū Dic triplex ē rō Vna
vt ꝑ hoc intelligeret̄ ꝙ ſicut puer in .xl. die in tēpluȝ materiale ducit̄ ſic .xl.
die aīa in coꝛpꝰ tāq̄ȝ in tēplū ſuū infundit̄ Scd̄a rō. q2 ſicut .xl. die aīa coꝛ/
poꝛi infuſa ab ipō coꝛꝑe maculat̄. ſic .xl. die in tēplū inducta ꝑ hoſtiā a ma
cula purgat̄ Tercia cā ē. vt ꝑ hoc det̄ intelligi ꝙ illi merent̄ tēplū dei igre/
di q̇ .x. p̄cepta cū fide q̄ttuoꝛ euāgeliſtaꝝ volūt obſeruare. q2 ꝑ q̄dra geſi/
mum tp̄s itelligunt̄ q̄ttuoꝛ euāgeliſte ⁊ .x. p̄cepta. mō q̄ter decē ſunt .xl.
et in illis p̄ceptis ⁊ euāgelijs puer dȝ emūdari ¶ Sȝ diceret aliq̇s q̄ ē rō
ſi femella generat̄ ꝙ tūc tp̄s dȝ duplicari Rñdet̄. q2 ſicut coꝛpꝰ ipius vi/
ri .xl. die oꝛganiſat̄ ⁊ ꝑficit̄. ſic coꝛpꝰ ipius mulierꝭ in octuageſimo die ꝑfi
cit̄ Et rō theologoꝝ. q2 mulier plus peccauit ꝗȝ vir. ⁊ iō ipius miſerie de
bent duplicari in vtero matris. ſimilr̄ ⁊ pena
¶ Pro terminis nota. cupiſti ē p̄teritū ꝑfectū huiꝰ ꝟbi cupio tercie ꝯiu
gatōis. ⁊ ponit̄ ꝑ ſyncopā ꝓ ꝯcupiuiſti Silr̄ ſubiſti ponit̄ per ſyncopā ꝓ
ſubiuiſti a ſubeo is Itē pollutꝰ a um ē nomē adiectm̄ a polluo .i. macu/
lo. q̇d̄ vlterius d2 a ꝯiunctōe poꝛro ⁊ luo is Sed adaugeo eſt verbū trā
ſitiuū ſcd̄e ꝯiugatōnis cōpoſitū ab ad ⁊ augeo

¶ Letare quā ſcrutatoꝛ coꝛdis et renū ꝓbat habitatu ꝓpꝛio
ſingulariter dignā ſctā maria Exulta (cui ꝑuus arriſit tunc)
maria q̇ letari omnibꝫ et conſiſtere ſuo nutu tribuit

¶ Hic au. āplificat laudē be. ꝟginis Et diuidit̄ in duo. ꝑmo facit h̄. ſcd̄o
infert coꝛrelariū. ibi Ergo quiq̄ȝ colimꝰ. Quātū ad ꝑmā ꝑtē d̄t ſic O ma
ria (letare. quā) ſcȝ deꝰ exñs (ſcrutatoꝛ) .i. iſpectoꝛ ⁊ iueſtigatoꝛ (coꝛdis)
id ē cogitationū (⁊ renū) .i. oīm iterioꝝ (ꝓbat) .i. elegit (ſingularit̄) .i. ſpe
cialiter (dignā ſanctā mariā. ꝓpꝛio habitatu) .i. habitaculo Vel ſi ponat̄
in textu. ſancta maria tūc ponat̄ in ꝑncipio ꝯſtructōis Et o maria (tu ex/

De purificatōne beate marie

ulta).i.gaude (cui paru⁹)ſcʒ filius (arriſit) applauſit.ſcʒ riſu ſpūali (tūc) ſcʒ tpe infantie ſue (q̄)ſcʒ xp̄s fili⁹ (tribuit).i.ꝯcedit (ſuo nutu).i. volūtate (oīb) ſcʒ reb (ꝯſiſtere).i.eſſe (ꝛ letari. ¶ Notandū autoꝛ in hac ſnīa cōmēdat b̄e. ꝟginē dupl'r Primo rōne incolat⁹ xp̄i ſeu inhabitatōis.ſc̄do rōne alloquutōis ꝛ arriſionis ei⁹ De p̄mo d̄r p̄s. Hic habitabo q̄m elegi eā.ꝛ ip̄a ꝯgaudendo d̄r q̄d ſcribit̄ in eccle. Qui creauit me requeuit in tabernaculo meo De ſc̄do d̄ꝛ in lr̄a.cui paruus arriſit Et hic eſt dubiuʒ vtꝝ xp̄s aliq̄n riſit in hoc mundo.ꝛ videt̄ ꝙ ſic.qꝛ hic d̄ꝛ in lr̄a In oppoſitū ē Sapiens in ꝓuer.vbi d̄r. Riſus fit in ſtulticia.ſed nefas ē ip̄m xp̄m dicere ſtultū.ꝛ alibi Melius eſt ire in domū luctus q̄ȝ in domum ꝯuiuij Silr̄ d̄r Auguſti.xp̄m fleuiſſe lego.riſiſſe ꝟo nūq̄ȝ. Ad hoc eſt d̄m ꝙ duplex eſt riſus. Quidā ē coꝛpalis q̄ cauſat̄ in exterioꝛib ꝓpter aliq̄d vanū delectabile.qꝛ admiratio eſt cā riſus.ꝛ de tali riſu d̄r Sap. Alius ē riſus ſpūalis.ꝛ eſt q̄dā inſtitutio excitans aīm ad gaudendū.ꝛ de tali riſu d̄ꝛ h̄ vn̄ d̄r Anſel.q̄n b̄e.ꝟgo faciē filij ſui inſpexit tūc maxima delectatōe ꝛ ſpirituali gaudio replebat̄ ſic ꝙ riſit.ſic etiā ꝯtigit xp̄m riſiſſe Itē ſciendū in hyſtoꝛia purificatōnis d̄ꝛ.obtulerunt ꝓ eo par turtuꝝ aut duos pullos colūbaꝝ. Hec em̄ erat paupeꝝ oblatio.vt habet̄ Leuit.xij. vn̄ ꝓprietates turturis habētur in his metris Alta petit turtur.cantādo gemit.moriens vir. Nunciat ꝛ caſte viuit ſolaq̄ȝ moꝛat̄. Pullos nocte fouet moꝛtē quoꝛūq̄ȝ refutat. Sed ꝓprietates colūbe ꝯtinent̄ in his verſib. Grana legit.ſociata volat.cadauera vitat Felle caret.plangit.ſociūq̄ȝ ꝑ oſcula tangit. Dat petre nidū.fugit hoſtē flumina niſum Roſtro nō ledit geminos pullos bn̄ nutrit. ¶ Sed dicē.nōne potuiſſet emiſſe agnellū.qꝛ magi ei aurū obtulerunt. Reſpondit Damaſ.ꝙ hec munera b̄e.virgo pauperib erogauit.vel foꝛte ꝓpter ꝑegrinatōem ingruentē in egyptū ꝓuide cōſeruauit. Vn̄ d̄r glo.ꝙ tres oblatōnes facte ſunt ꝓ d̄no Prima a parentib de qua dictum eſt Sc̄da facta eſt de auib. Tercia in cruce ꝓ nobis oīb. Prima oſtendit eius humilitatē.qꝛ d̄ns legis ſubiecit ſe legi. Sc̄da autē oſtendit eius pauꝑtatē.qꝛ pauperis oblatōem fecerat. Tercia oſtendit eius charitatē.qꝛ ꝓ peccatoꝛib ſacrificauit ſe in cruce

¶ Pro terminis nota.habitatus eſt nomē quarte declinatōis deriuatū a verbo habito.ꝛ ſ̄cat manſionē Itē ſingulariter eſt aduerbiū q̄litatis Itē exulto eſt verbū frequentatiū.ꝛ venit ab ex ꝛ ſalio Itē arrideo eſt verbum tranſitiuū cōpoſitum ab ad ꝛ rideo mutando d in r. Itē ꝯſiſtere eſt verbū ſubſtantiuū impurū.qꝛ vltra actum eſſendi aliquid ꝯnotat. et habet ꝯſtitui in p̄terito ꝑfecto

¶ Ergo quiq̄ȝ colim⁹ feſta ꝑuuli xp̄i ꝓpter nos facti eiuſq̄ȝ pie matris marie Si nō dei poſſum⁹ tantā exeq̄ tardi humilitatem foꝛma ſit nobis eius genitrix

¶ Hic au.īfert coꝛrelariū ex p̄us dict̄ d̄i. (Ergo q̄q̄ȝ).i.q̄cūq̄ȝ nos (colimus).i.celebꝛam⁹ (feſta ꝑuuli xp̄i facti ꝓpter nos.q̄ȝ) ꝓ et.ſ.feſta (marie ei⁹ pie matris.ſi nos tardi).i.pigri ꝓpter fragilitatē humane nature (nō

poſſum⁹ exequi).i.ꝑficere(tātā hūilitatē dei)tū(genitrix eius).i.mat̄ xp̄i
(ſit nobis forma).i.exēplū.ſ.humilitatis vñ diſcamus hūilitatē exercere.
Notādū.ſcribit̄ em̄ in.iiij.thopi.ſicut ꝓpoſitū in ꝓpoſito.ita oppoſitū in op
poſito.ex q̄ ſeq̄tur.ſicut ſuꝑbia ē initiū oīm vicioꝝ.ſic ecōuerſo hūilitas ē
initiū oīm virtutū.ḡ autor hortat̄ nos ad humilitatē.q͛ ꝑ hūilitatē virgo
maria meruit fieri mater celeſtis dñi.vñ Grego.ꝯmēdans hūilitatem di.
De quāto tu es hūilior de tāto deo p̄cioſior. Itē Ber. Verus humilis
vult vilis reputari.⁊ nō hūilis p̄dicari Itē nota p̄ns feſtū triplici nomīe
noīatur. Primo feſtū purificatōis.q͛ in ipſo.b.ꝟgo legē purificatōis ad/
impleuit.q̄ tñ nūq̄ȝ maculata fuit. Scđo vocat̄ hipopāti.i.p̄ntatio q͛ in il
lo feſto xp̄s fuit p̄ntatus in tēplū.⁊ đr ab hipos qđ ē ſub ⁊ pan totū et ti
mor.q͛ illud feſtū ē ſolenniter celebrādū ſub timore peccatoꝝ.q͛ ille pec/
cata timuit q̄ nūq̄ȝ peccata ꝑegit. Tertio vocat̄ obuiatio.q͛ anna ⁊ ſime/
on obuiauerūt ſibi in tēplo. Etiā vocat̄ cādelaria.q͛ in illo feſto amici ⁊ co
gnati cereos ardētes in manib⁊ tenuerūt. Etiā đr illūiaria ſiue illumina/
tio.q͛ ille in tēplū p̄ntatus ē q̄ oēm hoīem in hūc mūdū veniētē illuminat
Pro terminis nota.quicq̄ȝ eſt nomē hñs ſcđam declinationē ꝓnominis.
Itē poſſum ē verbū anormalū ꝯpoſitū a noīe potis ⁊ a verbo ſum
Item exequor ē verbū deponētale ab ex ⁊ ſequor.⁊ idem ē ꝙ perficere

**Laus patri glorie qui ſuum filium gentibus et populo reue
lans iſrael nos ſociat.**

Hic au.ꝯmēdat b.virginē penes ꝯſecutiuā collaudationē q̄ eſt reſpectu
trinitatis.⁊ diuiditur in tres ꝑtes ſc̄m ꝙ ꝯmēdat trinitatē ꝑſonaꝝ Et pri
mo patrē dicēs (Laus)ſcȝ ſit(patri glorie)ſcȝ eterne(qui)ſcȝ pater(re/
uelans).i.manifeſtās(ſuū filiū gentib⁊).i.gentilib⁊(et populo)ſcȝ iudai/
co(ſociat).i.ꝯiūgit(nos iſrael)id eſt ſanctis ⁊ angelis dei in celo.

**Laus eius filio.qui ſuo ſanguine nos patri reconcilians ſu/
pernis ſociauit ciuib⁊. Laus quoq̄ȝ ſanctoſpiritui ſit per euū**

Hic filiū et ſpiritūſcm̄ ꝯmēdat dicēs (Laus).ſ.ſit(filio eius).ſ.patris
(q̄ cōciliās).i.ꝯcordās(nos ſuo ſanguine ſociauit nos ſuꝑnis ciuib⁊).i.
angelis(q̄ȝ)ꝑ et(laus)ſcȝ ſit(ſancto ſpiritui per euū)id eſt eternaliter
Notandū autor in hac lr̄a cōiter dat intelligere totā trinitatē.⁊ ꝑ h̊ innu/
it ꝙ ē vn⁹ deus in eſſentia ⁊ trin⁹ in ꝑſonis.vt teſtat̄ btūs Gre. Te vnū
in ſubſtātia ⁊ trinū in ꝑſonis veneremur Itē ſciēdū ꝙ triplex ē rō q̄re in
p̄nti feſto lumina portātur. Prima rō ē ad remouēdū errorē antiq̊ꝝ ⁊ ma
lam ꝯſuetudinē.olim em̄ cādelis incenſis in honorē martis(q̄ ē de⁹ belli)
om̄i anno romā illuminabāt vt filijs ſuis victoriā ſuꝑ inimicos ꝯcederet.
Sed talis ꝯſuetudo in meliorē ē trāſmutata ꝑ Sergiū papā vt xp̄iani
cādelis cereis in honorē inclite matris ſemel in anno eccleſiā illuſtrarent.
Scđa rō.q͛ ſimeon ⁊ anna maria ⁊ ioſeph venerabilē fecerūt ꝓceſſionem
qñ dñm in tēplū p̄ſentauerūt.ſic ſiliꝰ mō faciem⁹ cereas in manu portādo
in ꝟginis marie ⁊ filij honorē. Tertia rō eſt.q͛ ſicut in candela ſunt tria
ſcȝ cera ligmē ⁊ ignis.ſic etiā illa tria in xp̄o ſ͛cant̄.q͛ cera rep̄ſentat carnē
xp̄i.quā ſumpſit de ꝟgine pura.ſȝ ligmē ꝯuolutū in cera deſignat animā
xp̄i.cādidiſſimā latentē in carne.i.corꝑe hūano. Sed ignis rep̄ntat diuini

tatē ⁊ etiā amorē. quo amore ipſe deus facit ardere corda noſtra in amore
eius. vn̄ꝰ Hāc in honore pie cādelā porto marie. Accipe ꝑ cerā carnē de
virgine verā. Per lumē numē maieſtatiſq̨ꝫ cacumē. Lichnē et eſt aīa ſub
carne latēs ꝓ opima. Sic myſtice (ſi volumus placere deo) debemꝰ gere
re illa tria in nobis. fidē verā. actionē bonā. ⁊ rectā intētionē. qꝛ ſicut cāde
la extincta dicitꝰ mortua. ſic fides ſine opibꝫ. Sꝫ lumē deſignat intentionē
bonā in corꝑe hūano occultatā. Sꝫ ignis repn̄tat deſideriū ad vitā etnā
Pro terminis nota. iſrahel eſt nomen regionis feminini generis indecli-
nabile. ⁊ ponitur hic ꝓ populo fideli. ⁊ dicitur iſrahel ab is quod eſt vir. ⁊
ra videns. et el deum quaſi vir videns deum.

a Ave preclara maris ſtella in lucem gentium maria di
uinitus orta.

¶ Aliud canticum glorioſum ꝑ beatū Amb. ob reuerentiā b. ꝟginis ma
rie ꝯpletū Et ſolet decātari in feſto purificationis. ſꝫ tn̄ in oībꝫ feſtis bea
te ꝟginis ē decātandū. Et diuiditꝰ in tres ꝑtes In ꝑ̄ma ꝯmēdat beatā vir
ginem ex eloq̄o ꝓphetaꝝ ⁊ variaꝝ figuraꝝ veteris teſtamenti. quare allo
quitur eam ſalutando. In ſecūda ꝓ multis beneficijs nobis neceſſarijs
alloquitur eam humiliter implorando. ſcd̄a ibi. Ora virgo ⁊c̄. et dicit. O
(preclara) .i. valde clara (ſtella maris aue) .i. ſis ſalutata (orta) id eſt nata
(diuinitus) id eſt per diuinam reuelationem vel diuino numine (in lucē)
id eſt illuminationem (gentium) id eſt omnium populorum
Sciendū ꝙ ſcribitꝰ ꝑs. lxxxvij. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. in q̄-
bus verbis duo tangūtur. Primo b. ꝟginis famoſa ſublimitas. cū dicitꝰ.
Glorioſa dicta ⁊c̄. Scd̄o tāgitur eius ꝑ̄clara magnanimitas. ibi. ciuitas
dei. De ꝑ̄mo dicit Hiero. in quodā ſermone ꝙ ipſa eſt metha quā reſpi-
cit oīs ꝓphetia. qꝛ oē dictū ꝓpheticū ad ipſaꝫ reſolutionē habet. vn̄ me
rito dꝛ glorioſa. qꝛ oīs figura veteris teſtamēti ꝑ ipſam gloſatur ⁊ ſic trā-
ſeundo totā ſcripturā veteris teſtamenti. tūc multa miracula inueniūtur
ad ipſam applicabilia. Primo de victoria ſuꝑ poteſtatem ſathane. qꝛ ſcri-
bitur Gen̄. iij. Ipſa eī ꝯteret caput tuū. ¶ Item virginitas eiꝰ prefigu-
ratur ꝑ vellus gedeonis madefactū a rore celi ꝑ qd̄ gedeon electus ē in
ducem populi. Item virginitas eius eſt figurata in li. Exo. ꝑ rubū arden
tem ⁊ incōbuſtū. ⁊ ꝑ virgā vna nocte amigdola ꝓducentē. ꝑ quā aarō ele
ctus eſt in ſacerdotē ſummū. Itē de ꝑtu eius dꝛ in li. Iſa. vij. Ecce vir-
go cōcipiet ⁊ pariet filiū. q̄ bene dicit ꝑs. Glorioſa dicta ſunt de te. Scd̄o
tangitꝰ preclara magnanimitas. vn̄ ſm ph̄m .iij. ethy. Magnanimitas eſt
magna virtꝰ in corꝑe exiſtēs. Vn̄ btā virgo nō fuit magna in corꝑe ſꝫ in
virtute. ⁊ ab illo noīe magnanimitas venit magnanimus q̄ dignificat ſe
ipſum honoribꝫ q̄bꝫ eſt dignus. Licet eī beata maria digna fuit magnis
honoribꝫ. tn̄ ſeipſaꝫ hūiliauit in ſalutatione angeli. qn̄ dixit. Ecce ancilla
dn̄i. Ipa eī dꝛ ciuitas dei. de q̄ Iſa. dt ibi. Induere veſtimētis glorie tue
ciuitas ſcā. ⁊ induta veſtimētis trāſibit ad cōuiuiū ſummi regis aſſueri .i.
xp̄i. vn̄ repulſa eſt regina ſuperbie .ſ. regina vaſte. q̄ ſpreuit ꝑ̄cepta regis
et in locū illius vaſti aſſumpta eſt heſter in veſtimētis glorie. ⁊ igitur ſub
ditur ibidem. non adijciat vltra. vt pertrāſeat ſanctam ciuitatem ⁊ circū

ciſus ⁊ immũdus. Ipſa em̄ beata ꝟgo ṗncipiũ noue legis fuit. om̄e immũ
dũ ⁊ hereticũ ſpreuit. qꝛ xp̄s nouus ſpōſus veniens in mũdũ noua p̄cep
ta dedit. Itē no. maria ſcribit̄ q̄nq꜄ lr̄is in q̄bꝫ q̄nq꜄ myſteria. b. virginis
deſignāt̄. Prima lr̄a ē m. ꝑ quā intelligit̄ mediatrix. Ipſa em̄ fecit pacē et
medium inter deum ⁊ hoīem. Vn̄ an̄q꜄ xp̄s naſcebat̄ inimicicie facte fue
runt inter deũ ⁊ hoīem ſic ꝙ vno die occidit q̄nq꜄ milia hoīm ꝓpter hoc ꝙ
denudauerũt archā ⁊ ꝓpter ſolā iuſtitiā. Etiā fecit pacē inter angelum ⁊
hoīem q̄ erāt tāte inimicicie ꝙ angelus vna nocte occidit. vij. milia hoīm
Etiā fecit pacē inter viꝝ ⁊ mulierē. qꝛ vir obiecit mulieri ꝙ de ꝯſilio ſuo
fact⁹ ſit inobediēs deo detruſus a paradyſo. Scd̄a lr̄a ē a. per quā intelli
gitur auxiliatrix. Ipſa em̄ auxiliat̄ oībꝫ eā deuote inuocātibꝫ. ſicut patꝫ de
theophilo. quē a laqueis dyaboli eripuit. ⁊ q̄ꝫplures alios liberauit qui ad
ipſam refugiũ habuerũt. vt ſolet recitari in miraculis. b. virginis. Tertia
lr̄a eſt r. ꝑ quā intelligit̄ repatrix. qꝛ ipſa repauit ⁊ recōciliauit oēs pecca
tores vere penitētes ſuo dilecto filio. ſicut legit̄ de quodā milite q̄ filiũ ſuũ
vēdidit dyabolo. q̄ poſtq꜄ ꝑuenit ad etatē. factũ patrꝭ ꝯgnouit ⁊ firmiter
in repationē. b. marie credidit. nihil orans niſi aue maria. ⁊ liberatus eſt.
Quarta lr̄a ē i. ꝑ quā intelligit̄ illuminatrix. ipſa em̄ illumīat corda pecca
toꝝ ad ꝯgnoſcēdũ bñficia dei. Quinta lr̄a ē a. i. adiutrix. qꝛ ipſa ſolet oēs
iuuare q̄ eā honorāt. Itē no. lr̄a dicit aue. ꝑ h̄ autor hortat̄ nos ad. b. ꝟgi
nis ſalutationē. vn̄ dꝫ Anſ. Valde vtile ē. b. virginē ſalutare cũ affectu. qꝛ
ſalutauit eā angelus. ⁊ fact⁹ ē dei famulus. Salutauit ipſaꝫ eliſabeth ⁊ re
pleta ē ſp̄ũ ſctō. ſalutauit eā iohēs in vtero matris. ⁊ ſtatim ſanctificatus
eſt. Itē Ber. Celũ ridet. angeli gaudēt. mũdus exultat. demones fugiũt
infernus ꝯtremiſcit cũ dixero aue maria. Itē aue dꝛ ab a qd̄ eſt ſine. et
ve qd̄ eſt ſignũ doloris. q̄ſi ſine dolore. Vn̄ poſtq꜄ mũdus fuit damnat⁹
ꝓpter trāſgreſſionē ade. tũc cogitauit dn̄s quō poſſet nos redimere a fau
cibus dyaboli ꝑpendēs ꝙ ꝯ̄ria ꝯ̄rijs curātur. litteraliter ꝯuertit h̄ nomē
eua in aue. vt ſicut ꝑ euā mundus fuit dānatus. ſic ꝑ ꝯtrariam ſuā ſcꝫ aue
ſaluaret̄ mũdus. Vn̄. b. Ber. dꝫ ꝙ aue multiplex includit myſteriũ. Pri
mo ſicut mors ꝑ euā intrauit mũdũ. ſic per aue vita ſempiterna Qd̄ etiā
patet ex interp̄tatione vocabuli. dicitur em̄ eua ab euan grece qd̄ eſt per
uerſuꝫ latine. qm̄ ꝑ euā venit oē malũ in trāſgreſſione mādati. q̄re ipſā ſe
quebatur maledictio vt pareret filios ſuos in dolore. Sꝫ aue dꝛ ab a qd̄
eſt ſine ⁊ ve qd̄ ē ſignũ doloris. q̄ſi ſine dolore. vt patuit. qꝛ btā ꝟgo nr̄m
dolorē abſtulit qñ nobis redemptorē peperit. ⁊ ḡ ipſam merito ſequebat̄
bñdictio. Itē gen⁹ hũanũ fuit ſubiectũ triplici ve. ſ. ꝯcupiſcētie. deſidie ⁊
ignorātie. q̄ tria tāgit Ber. in ſermone de aduētu dn̄i dicēs. Sumus ma
gis fragiles ad reſiſtēdũ. debiles ad opandũ. faciles ad ſeducendũ. Ideo
dꝛ in Apoc. Ve ve ve vobis habitātibꝫ in terra. ⁊ de illo triplici ve libera
uit nos btā ꝟgo qñ nobis redēptorē pepit. ḡ merito ipſaꝫ ſeq̄tur bñdictio
Itē hec ſtella. ſ. btā ꝟgo eſt orta in lucē gētiũ. vn̄ Iere. p̄mo. Poſui te in
lucē gentiũ vt ſis ſalus mea vſq꜄ ad extremũ terre. Sed diceres. nũq̄d
beata ꝟgo etiā orta eſt in lucem iudeoꝝ. Ad hoc dd̄m eſt ꝙ ṗncipalit̄ or
ta eſt in lucē iudeoꝝ. qm̄ ſalus ex iudeis orta ē. Itē apl̄s ad Roma. Sa
lus om̄i creature. primo iudeis. ſcd̄o gentibꝫ. ſed iudei ꝯgnoſcentes ſcri

ꝓturã ⁊ vidẽtes mirabilia auerterũt faciẽ ſuã a xp̃o faciẽtes ſibiip̄ſis ig‑
norãtie cãm. g̊ beata ꝟgo eſt orta in lucẽ gentiũ. iuxta illud Iſa. Excecatũ
eſt cor eoꝝ vt vidẽtes nõ videãt ⁊ audiẽtes nõ intelligant. ↄuertimur ad
gentes ſic precepit dñs. q̃re d̾r. b. virgo orta in lucẽ gentiũ minꝰ ṗncipalr̄
¶ Itẽ nota ꝙ aue eſt verbũ defectiuũ. cuius ↄiugatio patet in prima ꝑ‑
te Alexandri. Item diuinitus eſt aduerbium qualitatis.

Euge dei porta. que non aperta veritatis lumen ipſum ſolẽ
iuſtitie indutum carne ducis in orbem

¶ Hic autor in ꝑſona ſancte matris eccleſie alloq̊tur virginẽ mariã ap‑
plauſiue introducens ſeptẽ ꝓphetias ṗncipales. ⁊ ſm̄ hoc diuiditur in ſep
tem ꝑtes q̃ patebũt in ꝓceſſu lr̃e. Et ṗmo ponit ṗmã dicẽs (Euge) qđ ẽ
interiectio gaudẽtis vel applaudẽtis. ſ. maria (q̃ es porta nõ apta). ſ. ꝑ vi
rilẽ ↄceptionẽ. tu (ducis in orbẽ). i. in mũdũ (lumẽ veritatis) et (ipſuꝫ ſolẽ
iuſticie). i. xp̄m (indutũ carne). i. natura humana ſcꝫ ipſum generando
¶ Notandũ iſtã hyſtoriã tangit Ezechiel. xliiij. ca. circa finem vbi deſcri
bit diſpoſitionẽ tabernaculi. Vidit enĩ portam clauſam et gloriã domini
ingredientẽ. ⁊ audiuit vocẽ dñi dicẽtis. hec porta clauſa manet ⁊ nõ ape
rietur ⁊ vir non tranſibit ꝑ eam. q̄ gloria dñi ingreſſa eſt per illaꝫ. In hac
enĩ viſione ꝓbata eſt caſtitas. b. virginis marie. q̄ dñs egreſſus eſt ꝑ eã.
quẽ ſine dolore peꝑit ꝑmanẽs virgo. vñ in euangelio. Ego ſum lux mun
di. ego ſum via veritas et vita. Itẽ ṗma Iohis ṗmo. Annũciauimꝰ vo
bis qm̃ deꝰ ẽ lux ⁊ tenebre in eo nõ ſunt vlle. ⁊ in hoc nobis oſtendebat
fructum benedictionis in qua ceſſat antiqua maledictio. in dolore paries
filios tuos. Itẽ littera dicit ſolẽ iuſticie. Vñ xp̄s eſt ſol iuſticie. imo pre
celſior ſole. Nota tanta eſt diſtantia filij ⁊ virginis quãta creatoris ⁊ crea
ture. Itẽ autor appellat beatã virginẽ portã dei. vnde Grego. Et exiuit ꝑ
aureã portam lux ⁊c̃. Et rõne huiꝰ introitus ipſa dicit̾ gratia plena. vn‑
de Ber. O dña ex ore tuo pendet ↄſolatio miſeroꝝ. redẽptio captiuorũ.
liberatio dãnatoꝝ. Vñ duplex ẽ gratia btẽ ꝟginis ſiue miſericordia Vna
eſt corꝑalis q̃ corꝑibꝫ miſeret̾. Alia ẽ ſpũalis q̃ aiabꝫ miſeret̾. ſcđa eſt me
lior prima. ſꝫ ad vtrãqꝫ ẽ prona. vñ Ber. Maria oibꝫ miſericordiam ſuaꝫ
aperit. vt de plenitudine eius captiui libertatẽ. egroti ſanitatem. triſtes cõ
ſolationẽ. peccatores veniam. iuſti gratiam. angeli leticiã. perſona filij hu
mane carnis ſubſtantiam. ⁊ tota trinitas gloriam conſequãtur.
¶ Pro terminis no. ꝙ euge ẽ interiectio. ⁊ exponit̾ tripliciter. Vno mõ
applauſiue prout ſignificat effectum cõceptus. ⁊ ſic ponit̾ in lr̃a. Secũdo
exponit̾ deriſiue. ⁊ ſic ſignificat effectũ deſpectionis. ⁊ ſic ſumit̾ in p̃s. q̊
dicũt mihi euge euge. Tertio exultatiue. vt Mat. xxv. Euge ſerue bone
et fidelis ⁊c̃. Itẽ aptus eſt ꝑticipiũ ⁊ venit a ꝟbo aperior qđ compo‑
nitur ab antiquo verbo pario. Itẽ indutus eſt participiũ huius verbi
induor. Sed duco eſt verbũ tertie coniugationis tranſitiuum.

Virgo decus mundi regina celi preelecta vt ſol pulcra luna
ris vt fulgur. agnoſce omnes te diligentes.

Hic autoꝛ adducit ſecūdā ꝓphetiā q̄ ꝯmēdat beatam virginem dicēs O maria. ſ. ex̄ns (virgo ⁊ decus) .i. honoꝛ (mūdi ⁊ regina celi preelecta) id eſt pre oīnibꝫ electa (vt) id eſt ſicut (ſol) ⁊ (pulcra vt lunaris fulgur) .i. luna lucens (agnoſce) ſcꝫ fauoꝛe miſericoꝛdie tue (omnes te diligentes)

niſtratorij ſpūs. oēs em̄ mittūtur ꝓpter nos vt poſſint nos iuuare et inſi-
dias dyaboloꝝ impugnare. eo ꝙ vident nos auxilio eorum egere et ma-
los angelos nos impugnare. Tertio debemus eos honorare. quia ſunt
fratres noſtri ⁊ ꝯciues. oēs em̄ electi aſſumunt̄ ad ordines angeloꝝ. q̇daꝫ
ad ſupiores. quidā ad inferiores. q̇dam ad medios ſm̄ diuerſitatē meri-
toꝝ. Quarto debemus eos honorare. quia ſunt animaꝝ noſtraꝝ in celuꝫ
portatores. Et hoc tripliciter. Primo viam preparando. vn̄ Malach. iij
Ecce ego mitto angelū meū q̇ preparabit viam ante facieꝫ tuam. Scd̄o
per viam paratam in celū portando. vn̄ in Exodo. Ecce ego mitto ange
lum meū q̇ cuſtodiat te in via ⁊ ꝑducat te in terram quā ꝓmiſi patribus
tuis. Tertio in celo collocādo. vnde Lucas in euan. Factum eſt dū mo
reretur ille mēdicus ⁊ portabat̄ ab angelis in ſinū abrahe. Quinto debe-
mus eos honorare. q2 ipſi ſunt orationū noſtraꝝ repreſentatores in ꝯſpe
ctu dei. vnde legitur de raphaele in Thob. Qn̄ orabas cum lachrymis ⁊
mortuos ſepeliebas ego obtuli orationē dn̄o. Sexto debemꝰ eos honora
re. quia ipſi ſunt eterni regis milites nobiliſſimi. vnde Job. Nunquid ē
numerus militum eius. Sicut enim videmus in militibus alicuiꝰ regis
ꝙ quidam eorum ſemꝑ in aula regia ꝯmorantur. quidam ciuitates cuſto
diunt. quidam vero regis inimicos expugnant. Ita etiam eſt inter mili-
tes xp̄i. q2 quidam in aula regia. ſcꝫ in celo ſemper ante regem aſſiſtunt.

ad eius honorē cantica leticie decantēt. alij ciuitates cuſtodiunt. ſcꝫ q̄ nob ſunt ad cuſtodiā deputati. vn̄ Iſa. xij. Suꝑ muros tuos iherl'm ꝯſtitui cuſtodes. alij ꝟo hoſtes ⁊ demones expugnāt aīas nr̄as liberando Septimo debemus eos honorare. q2 ſunt tribulatoꝝ ꝯſolatores. vn̄ Zacharie ꝑmo. Spūs dn̄i. ſcꝫ angelus q̄ loq̄baꝛ in me ꝟba bona ꝟba ꝯſolatoria Et hoc faciunt angeli trib' modis. ꝑmo in tribulatōib' ꝯfortādo. vn̄ angelus dixit Danieli. Noli timere pax tibi ꝯfortare ⁊ eſto robuſtꝰ Secundo in patientia ꝯſeruando. vn̄ p̄s. Angelis ſuis mādauit de te. vt cuſtodiant te in omnib' vijs tuis Tercio tribulatōem auferendo. qd̄ figuratū ē Daniel. x. cū angelus dn̄i deſcendit cum tribus pueris in fornacē. et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.

¶ Pro terminis nota. ſedes eſt nomen fem generis. Sed interſum eſt verbum abſolutum cōpoſitum ab inter ⁊ a verbo ſum. Sed medela. i. remedium. ⁊ venit a verbo deponentali medeor

Virginalis turma ſexus ieſu chriſti que nexus dono ſentis gratie Flos candoris tui rubet. tru cidari dū te iubet tortor pudicicie.

¶ Hec ſequētia in honorē ⁊ laudē vndecimmiliū virginū eſt cōpoſita. q̄ ꝑncipal'r diuidiꝛ in tres ꝑtes Primo cōmēdat caſtitatē ꝟginalē paſſioni deditā Scd̄o ſpēaliter cōmēdat btām Vrſulā tāq̄ꝫ huius exercitꝰ ꝑmiculā Tercio facit exclamatōem ꝯtra paſſionē ſcāꝝ ꝟginū. ſcd̄a ibi. Britanoꝝ inſule. tercia ibi. O felix colonia. dicens ꝑmo ſic O (turma). i. turba (ꝟginalis ſexus. q̄ ſentis). i. cognoſcis ⁊ ꝑcipis (ꝯnexꝰ). i. ꝯiūctōnes ieſu xp̄i (dono). i. ex dono (grē. flos tui cādoris). i. tue mūdicie (rubet). i. fit rubēs (cū tortor). i. punitor (pudicicie). i. caſtitatꝫ (iubet). i. ꝑcipit (te trucidari). i. puniri. ¶ Notandū ꝑmo. ſcribiꝛ Apoc. xiiij. Hi ſunt q̄ cuꝫ mulierib' nō ſunt coinq̄nati. ꝟgines eīm ſunt. In q̄b' ꝟbis ad cōmēdationem ſcāꝝ ꝟginū tanguntꝛ duo Primo ꝯditio ꝟginitatꝫ cū dꝛ. nō ſunt coinq̄nati. Scd̄o cōmēdatio caſtitatꝫ. cū ſubiungiꝛ. virgines ſunt. ¶ Circa ꝑmū eſt ſciendū. q̄ ſex ſunt ꝯditōes in ꝟginitate ꝯſeruanda. Prima ē humilitas. vn̄ Aug. Nō ſolū p̄dicanda eſt ꝟginitas vt ameꝛ. verū etiā monenda ē ne inflecꝛ. vn̄ Ber. Pulcra ꝑmixtio humilitatꝫ ⁊ ꝟginitatꝫ placꝫ deo. vn̄ Maria ſe ꝟginē oblita gloriaꝛ de humilitate dicēs Quia reſpexit humilitatē ancille ſue Scd̄a ē charitas. vn̄ Ber. Caſtitas ſine charitate eſt lampas ſine oleo. ſubtrahe oleū lāpas non lucet. tolle charitatē. caſtitas nō placebit deo. Tercia eſt tepiditas metuenda. q2 q̄libet oꝑa ſua ad q̄ ꝑncipaliter teneꝛ facere debet cū diligentia. hilaritate ⁊ bona voluntate Iuxta illud. ij. Paralipo. xix. Cū diligentia oīa facito. q2 diligentia in oculis dei plus valet q̄ꝫ opus Et hec diligentia nihil aliud eſt q̄ꝫ interna deuotio. Quarta eſt peccati vitatio. vn̄ Hiero. Illa ꝟginitas hoſtia chriſti eſt quā nec mentis cogitatio nec carnis libido maculat Quinta eſt cordis integritas Vn̄ cordis oſtēſio fit ꝑ ornatū exteriorē. ideo dꝛ Hiero. Pulcrā credo deo faciē. ſi hominib' pulcram apparere nō ſtudeas Item

Eccle. Ve viro duplicis cordis q̄ vult placere deo ⁊ hoib⁹. Sexta eſt pſeuerantia. vñ Auguſti. ad ꝟgines dī. Seq̄mini agnū tenendo pſeuerantiā q̄d nouiſtis ardenter. facite q̄d poteſtis ne virginitas a vobis pereat cui nihil poteſtis facere vt redeat. ¶ Circa ſcōm dī Ber. Quid caſtitate decentius ⁊ magis decoris. q̄ mundū de imundo. domeſticū de hoſte angelū de hoīe deniq̄ꝫ facit Itē Hiero. Parū caſtitatꝫ credo ſuis ſine appendicijs. pñt eīn vagari. in ciboꝝ abſtinentia viuere. vñ Thimotheus. Mulier in delicijs mortua eſt. Itē habitus humilis. qꝛ legit̄ in Geñ. de thamar. depoſita veſte vicinitatis aſſumpſit alteꝝ habitū qñ voluit carnali opi intendere. Et qꝛ oib⁹ his ꝯditōib⁹ iſte ſancte ꝟgines fuerūt erudite in caſtitate ⁊ pſeuerātes, idō hec ſequētia in memoriā ipaꝝ ē ꝯpilata ¶ Pro terminis nota. ꝯnexus eſt nomē quarte declinatōnis maſculini generis deriuatū a ꝟbo ꝯnecto tis. ⁊ ſ̄cat copulā ſiue vinculū ⁊c̄.

¶ Britanorū inſule rector pater vrſule deo nothus claruit.

Hāc conam⁹ ꝟginē propter pulcritudinē parē thori voluit.

¶ Hic autor ſpēaliter cōmendat beatā Vrſulā Et diuidit̄ in tres ptes In quaꝝ pma cōmendat be. Vrſulā p ꝯſtantiā caſtitatꝫ. Scd̄o oſtēdit q̄liter alias ꝟgines ſecū ad martyrij palmā vocauit. Tercio oſtēdit q̄lit̄ romā puenerunt ⁊ ad locum martyrij redierūt. ſcd̄a ibi. Interim vrſula. tercia ibi. Relictis nauib⁹. dicens pmo (Rector). i. rex (inſule britanoꝝ) xp̄ūs (pater vrſule. claruit). i. clarus fuit (not⁹ deo) Alij volūt q̄ Noth⁹ fuerit ꝓprium nomē illius regis. tūc ſic exponit̄ (nothus rector). i. rex (inſule britanoꝝ pater vrſule. claruit). i. clarus fuit (deo) fuit eīn bon⁹ xp̄ianus (hanc virginē) ſcꝫ filiā nothi. noīe vrſulā (conamus) exiſtens rex anglie (voluit) ſcꝫ ſibi fieri (parem thori) id eſt copulari in thoro ⁊ matrimonio (propter eius pulcritudinem)

¶ Procos mittit et p̄catur. minis terret ſi ſpernatur. ſibi poſcens vrſulam. Pater eius iam baptiſmi. fonte lotus paganiſmi prorſus vitat copulam

¶ Et ille rex anglie (mittit ꝓcos). i. nūcios q̄ ꝓcent̄ p vrſula (⁊ p̄cat̄). i. rogat. ⁊ etiā (terret). i. terrorē inducit (minis). i. p minas (ſi ſpernat̄). i. cōtemnat̄ a patre vel filia (poſcens). i. petēs (ſibi vrſulā) ſcꝫ in ꝯiugē Sed (pater eius) ſcꝫ vrſule (lot⁹). i. purgat⁹ (iam fonte baptiſmi. vitat). i. recuſat (prorſus). i. oino (copulā). i. mr̄imonialē ꝯiūctōem (paganiſmi). i. pagani. ¶ Notandū. legit̄ in paſſionali. q̄ in britania fuit rex chriſtianiſſimus noīe Nothus vel maurus cui erat filia nomīe Vrſula. hec mirabili morū honeſtate. ſapientia ⁊ pulcritudine pollebat. Rex aūt anglie ꝯſtantinus cū nimis p̄potens eſſet ⁊ multas natiōes ſuo imperio ſubiugaſſet. audita huius virginis fama. felicē ſe p oīa fatebat̄ ſi p̄dicta ꝟgo Vrſula ſuo filio vnigenito copularet̄ Iuuenis etiā ad hoc multū eſtuabat Mit/

tunt ergo ſolēnes nuncios ad patrem magnis ꝓmiſſionibꝫ ꝛ blandicijs
magnis ꝛ adijcientes minas ſe ad dn̄m ſuum nō credentes reuenire Rex
aūt britanie incepit multū anxiari ꝛ timuit. tum qꝛ fide christi inſignitaꝫ
cultori idoloꝝ tradere idignū eēt ꝛ minime liceret. tum qꝛ ipaꝫ nullatenꝰ
ↄſentire cognoſceret. ꝛ hoc eſt qđ tangit hec ꝑma ꝑs huius ſequentie
¶ Pro terminis nota. ꝓcus eſt nomen ſcđe declinatōnis deriuatū a ver-
bo procoraris. ꝛ ꝓcus đꝛ ille qui agit opus nuptiarum ex alterius iuſſio-
ne. Sed mine arum eſt nomen pluralis numeri deriuatum a verbo mi-
noraris. Sed paganiſmus mi. id eſt ritus ꝛ mos paganoꝝ Et eſt no-
men ſecunde declinatōnis deſcendens a nomine paganus. ſicut chriſtia-
niſmus a nomine chriſtianus

¶ Interim vrſula chriſti diſcipula docta ꝑ ſomniuꝫ. ſtatuit
nuptias querens inducias trimatus ſpacium.

Hic autor oſtendit qualiter beata Vrſula aſſenſum ꝓbuit ꝛ qualiter
alias ꝟgines ad palmā martyrij inuitauit dicēs (Interim). i. iter hec (vr-
ſula diſcipula xp̄i docta per ſomnium) id eſt viſionem in ſomnio (ſtatuit)
id eſt ꝓfixit (nuptias. querens) id eſt poſtulās (inducias) id eſt pro indu-
cijs (ſpacium) id eteſt mpus (trimatus) id eſt trium annorum.

¶ Vice dotis coniugij regine votis abiles dato ſumptu na-
uigij coeue dantur nobiles.

¶ Et (nobiles) ſcꝫ ꝟgines (coeue). i. coetanee (abiles). i. cōpetētes (vo-
tis) id eſt deſiderijs (regine) ſcꝫ vrſule (dant vice). i. loco (dotis). i. doni
(ↄiugij. ſumptu nauigij. dato). i. expenſis nauigij datis.

¶ Vndena demū milia ſponſe tranſmittit virginū. ducunt
naues per maria curam ſpernentes hominum.

¶ Et rex āglie (trāſmittit ſponſe) ſcꝫ btē vrſule (vndena milia ꝟginū) ꝛ
ſcꝫ ille ꝟgines (ducūt naues. ꝑ maria). i. ꝑ mare (ſpernentes curā hoim)

¶ Aura flante leniꝰ diſcedūt a littore. huc illucqꝫ ſepius pla-
no ludunt equore. Hinc manus feminea rexit dante domino
naues quas baſilea breui vidit termino.

¶ Et ſcꝫ ille ꝟgines (diſcedūt). i. recedūt (a littore. aura). i. vēto (flāte le-
nius) id eſt ſuauius. et ipe (ludūt). i. iocant (huc. qꝫ), ꝑ et (illuc ſepiꝰ pla-
no eq̄re). i. tranquillo mari (hinc). i. poſtea (feminea manꝰ) ſcꝫ vrſule (re-
xit). i. gubernauit naues (dante) id eſt fauente (domino. quas) ſcꝫ naues
(baſilea) illa ciuitas (vidit breui termino) id eſt breui ſpacio temporis

¶ Notandū ē. vrſula diuinitus inſpirata patri ſuo ſuaſit vt p̄dicto regi aſſenſum p̄beret. tn̄ hac ꝯditōne interpoſita. vt ipe rex decē ꝟgines electiſſimas ſibi ad ſolatiū traderet ꝛ trāſmitteret. quaꝝ q̄libet haberet mille pediſſequas ꝛ inducias trium annoꝝ ſibi daret ad dedicatōem ſue virginitatis. et ipe iuuenis rex in his trib; annis etiā in fide xp̄iana inſtrueretur Sapienti igiť vſa ꝯſilio. vt aut difficultate ꝓpoſite ꝯditōis aīm eius ab hoc auerteret. aut hac opoꝛtunitate p̄dictas ꝟgines ſecū deo dedicaret. tunc iuuenis rex libēter hac ꝯditiōe accepta apud patrē illa ꝯſtituit ꝛ diſpoſuit. ꝛ ꝓtin⁹ baptiſari accelerauit. ac celeri aīo cūcta q̄ ꝟgo petierat imperauit. Pater aūt puelle oꝛdinauit vt filia ſua quā valde diligebat viros quoꝝ ſolatio tā ipa q̄ꝫ eius exercitus indigebat in comitatu haberet Undiqꝫ igiť ꝟgines ꝯfluunt ꝛ etiā viri ad tā grande ſpectaculū. nam multi ep̄i ad eas ꝯfluxerunt vt ſecū ꝑgerent. inter quos etiā fuit baſilienſis ep̄s q̄ eos vſqꝫ romam ꝑduxit. ꝛ inde reuerſus martyꝛiū cū eis ſuſcepit. Et cū vrſula oēs ꝟgines ad fidē ꝯuertiſſet ſub vnius diei ſpacio flante vento ꝓſpero ad poꝛtū gallie q̄ a gallia dꝛ ꝑuenerunt. ꝛ deinde coloniā deuenerūt. vbi btē Urſule angel⁹ dn̄i apparuit. ꝛ duxit eas illuc ꝛ p̄dixit eas integro nūero reuerſuras. ꝛ coꝛonas martyꝛij ꝑcepturas. Inde igiť admonitōe angeli facta romā tēdētes ad vrbē baſileā naues applicuerūt. ꝛ ibi relictis nauib; romā pedeſtres venerūt. ꝛ hoc tāgit lr̄a huius ſentētie ¶ Q2o terminis nota. interim eſt aduerbiū tp̄is Itē trimatus eſt nomē quarte declinatōis deriuatū a noīe trimus. ꝛ dꝛ hō hn̄s tres annos. ꝛ dꝛ trimus a tris qđ eſt tres ꝛ iems. In̄ trimatus. ſpaciū triū annoꝝ Sed abilis idē eſt qđ ꝯueniēs ꝛ eſt nomē adiectiuum comparabile ꝛ mobile. Diſcedo eſt verbū tercie ꝯiugatōis. ꝛ ſ̄cat abire. Et differunt diſcedo ꝛ decedo. vn̄ Decedit moꝛiens. diſcedit ab vrbe recedens Sed littus eſt nomen neutri generis tercie declinatōnis

¶ Relictis nauibus oꝛdinant acies. ventis et eſtibus exponunt facies et romam adeunt

¶ Hic autoꝛ oſtendit q̄liter beate virginis romā ꝑuenerunt ꝛ q̄liter ad locum martyꝛij redierunt dicens. sᶜ ille virgines (oꝛdinant acies) id eſt turbas (nauibus relictis) ſcꝫ in baſilea (et exponunt facies) ſcꝫ earum (vētis ꝛ eſtibus) id eſt caloꝛibus (ꝛ adeunt romam)

¶ Per monaſteria fundentes lachꝛimas. trahūt ſuſpiria. cōmendant animas ſanctis et redeunt Quam in poꝛtu reliquerunt claſſem ſimul inuenerunt. magnum flumen et amenum nauigantes intrāt rhenum ꝑ dei clementiā. Hinc ad locum paſſionis duxit eas dux agonis. floꝛem ſue iuuentutis paruipendunt ſpe ſalutis euntes coloniam.

Et ille ꝟgines (fundētes lachrymas. per mōnaſteria).i. eccleſias rhomanas (trahūt ſuſpiria).i. ſepe ſuſpirāt (ꝛ ꝯmēdāt).i. cōmittūt (aīas).ſ. ſuas (ſanctis. et redeūt) ſcꝫ Baſileā. ꝛ ſic redeuntes (inuenerūt claſſem).i. cōgregationē nauiū (quā reliquerūt in portu).ſ. baſilienſi. ꝛ ille virgines nauigantes (intrant rhenū) ſcꝫ exiſtentē (magnū flumen. ꝛ amenū per clementiā dei. hinc).i. poſtea.ſ. vrſula exñs (dux agonis) ſcꝫ illaꝝ vndecim milliū virginū (duxit eas ad locū paſſionis) ꝛ ille ꝟgines (paruipēdunt) id ē floccifaciunt. ꝛ pro nihilo curāt (florē ſue iuuētutis. euntes coloniam) in illam ciuitatem ſanctam (ſpe ſalutis) ſcꝫ eterne. ¶ Notandū ꝙ legit in paſſionali. qñ ſancte ꝟgines romā ꝑuenerūt papa Ciriacus ꝓpter aduentū eaꝝ fuit valde gauiſus. qꝛ et ipſe de brithania oriundus fuit ꝛ multas cōſanguineas inter eas habuit. et cum omni clero ipſas reuerenter ſuſcepit. In ipſa etiā nocte pape diuinitus reuelatum eſt ꝙ ipſe cum virginibus palmā martyrij eſſet ſuſcepturus. qđ apud ſe celans. multas ex eis q̄ adhuc baptiſate nō fuerant baptiſauit. Poſt hoc papatū reſignauit cōtrauis cardinales ꝛ oēs alij reclamarēt. Poſt hoc ꝑ viſionē āmonite ſctē ꝟgines de roma cū epis ſibi adiūctis Coloniā venerūt. ꝛ ipſā iā agrippinam obſeſſam inuenerūt. q̄s vidētes barbari ꝛ gygātes. ſuꝑ ipſos nimio clamore irruerūt. ꝛ q̄ſi lupi rapaces illā multitudinē occiderūt. Et cū ad beatā Urſulam veniſſent. vidēs ꝑnceps exercitus mirā eius pulchritudinē obſtupuit. ꝛ ꝯſolans eā ſuꝑ interitu virginū ꝓmiſit ꝙ eā ſibi in coniugē copularet ſi fidē xpianā reſpuiſſet. q̄ dū principem ꝯtempſit. nolēs acq̄eſcere ſuis petitionibꝫ. ipſe directa ſagitta in ipſam eā transfixit. ꝛ ſic martyrium ꝯſūmauit. Paſſe aūt ſunt iſte beate ꝟgines anno incarnationis domini. cc.xxxviij. hac die qua memoria eaꝝ celebrat. ¶ Pro terminis nota. relictus ta tum eſt ꝑticipiū ꝑteriti tpis a ꝟbo relinquor. Sꝫ eſtus ē nomē quarte declinatiōis. ꝛ ſcat calorē. Sed claſſis ē nomē feminini gñis tertie declinationis ſignificans multitudinē nauiū. ¶ Item paruipēdo eſt verbū tranſitiuū tertie ꝯiugationis. cōpoſitum a noie paruus ꝛ a ꝟbo pēdo. ꝛ ſcat ſpernere. Sed colonia eſt nomē ciuitatꝫ ꝑus dicta agrippina.

O felix colonia ſubter cuius menia barbarorum rabies enſes tela frameas cultros in virgineas cruentauit acies

Niciam autor inuehit ꝑ quan[illegible] exclamationē ꝯtra paſſionem ſanctaꝝ virginū dicēs (O felix colonia. ſu[illegible] vel iuxta ſm alios ꝛ meliꝰ (cuius menia. rabies).i. inſania (barbaroꝝ).i. infideliū (cruentauit).i. ſanguine plenos fecit (enſes).i. gladios. ꝛ (tela).i. iacula (frameas) id ē gladios ex vtraqꝫ ꝑte acutos (cultros).i. cultellos. cruētauit in quā (in virgineas acies) id eſt in multitudinem et exercitum virginum.

¶ Pro terminis nota. Menia ē nomē neutri gñis pluralis numeri tantum. Et ſunt proprie muri ciuitatis a muniendo dicta quaſi munia. Rabies eſt nomen feminini generis quinte declinationis. ꝛ idem eſt qđ inſania vel furor vel incurſus cum impetu. Inde rabiecula. id eſt parua rabies.

Felicia ſunt virginū cōnubia tot miliū. agnum q̄ ſine macu la duce ſequuntur vrſula. Quarum orationibus felices cum felicibus pace fruamur ſedula per ſeculorum ſecula.

Laudat autor ſanctarum virginū cū xp̄o ſponſo ꝯnubia. ꝯcludēdo canticū ſuū cū directione petitionis ad eaſdē dicēs (cōnubia) .i. copule vel ꝯiūcti ones (tot miliū v̄ginū ſunt felicia. q̄) ſc. v̄gines (ſequūtur agnū ſine ma cula) .i. xp̄m (duce) .i. ducēte eas (vrſula. q̄ꝝ) .ſ. v̄ginū (orōnib) .i. inter ceſſionib. nos (fruamur pace ſedula) .i. ſempiterna (ꝑ ſecula ſeculorū) .i. ſemp. erūtes (felices) .i. beati (cū felicib) ſcȝ v̄ginib. ¶ Notādū q legit in paſſionali ꝑ miraculo q quidā abbas īpetrauit corpus vni virginis ab abbatiſſa monaſterij Colon̄. earūdē virginū. ꝓmittēs q illud in capſa argētea reuerēter in ſua eccleſia collocaret. Sȝ cū ꝑ annū integrū in capſa lignea iacuiſſet q̄dā nocte cū abbas cū ſuo ꝯuētu matutinas cantaret. cor pus illud de altari deſcēdit. ⁊ ante altare reuerēter ſe inclinās. ꝑ mediū eo rū omib ipſis vidētib receſſit. Abbas igit ad capſam currēs. ⁊ ipſā va cuam inueniens ꝓperauit et abbatiſſe rem geſtam per ordinem intimauit Pergenteſq ad locum vbi corpus virginis acceperunt illud ibidem in uenerunt. Cum autem abbas veniam quereret. ⁊ idem corpus virginis peteret. certiſſime promittens ſibi capſam precioſā facturum nullaten impetrauit. ¶ Scdo nota q̄uis tot exercitus numerus virginū nūcu patur. hoc tn̄ nō tm̄ eſt intelligendū de ſexu femineo. q̄ ꝗ plures epiſco pi ⁊ alij ſancti martyres interfuerūt qui etiam caſtam vitā duxerūt. Sed ꝓpter excellentiam. q̄ maxima multitudo fuerunt virguncule. ideo exerci tus virginum nuncupatur. Poteſt etiam dici q ꝓpterea dicitur exercit virginum. q̄ beata Vrſula fuit informatrix ⁊ principalis inſtauratrix hu ius ſanctiſſimi exercitus. Hinc eſt q hodierna die in cimiterio vbi reliq̄ ſanctarum virginum requieſcunt nullus poteſt ſepeliri. quia ſi aliqs ibi ſe peliretur clauſo tumulo in craſtinum ſuper terram apparet. quia hec terra de corporibus ſanctarum virginum creditur ſanctificata.

Omnes ſancti ſeraphin cherubin throni quoq domi nationeſq. Principatus poteſtates virtutes. Ar changeli angeli vos decet laus et honores.

Hic autor conſequenter deſcribit aliud canticū quod generaliter reſpi cit celebritatem omnium ſanctorum ſub vna feſtiuitate eorum memoriā reuocando. Et diuiditur in duas partes. In quarū prima commendat omnes ſanctos angelos iuxtā nouem choros eorundem. dirigendo p̄ces ad eoſdem. In ſcd̄a dirigit petitiones ad omnes ſanctos qui victis terre nis dei gratia angelorum conſortes effecti ſunt. ſcd̄a ibi. Vos quos dei. dicens O (omnes ſancti) ſcȝ in celo exiſtentes (ſeraphin) id eſt angeli de choro ſeraphin (cherubin) id eſt angeli de choro cherubin (throni) .i. an geli de tali choro (quoq) pro et (dominationes) tales angeli (q) pro et

(principatus) tales angeli. ꝛ (poteſtates) tales angeli. et (virtutes) .i. an
geli tales (archangeli) .i. vos principes angelorum. et (angeli) ſcilicet infi
mi ordinis vel chori (laus) id ē gloria (decet vos) ſ[c] omnes (et honores)
id eſt reuerentie. ſ[c] decent vos. ¶ Notandū primo ꝙ ſcribitur in li. Sa
pien. ca. v. Ecce quō computati ſunt inter filios dei ꝛ inter ſanctos ſors
illorum eſt. In his verbis tanguntur duo. Primo tangitur ſanctorū dei
in celeſtibus glorificatio. qm̄ computati ſunt inter filios dei. Secūdo tāgi
tur apud deum pro peccatis noſtris illoꝝ propiciatio. quia inter ſanctos
ſors illorum eſt. Primū declaratur. Nam ipſi ambulauerunt in lege ꝛ vo
luntate dei ꝓpter qđ vocati ſunt filij dei paſſionem huius ſeculi toleran
do. patres dei filios generando. Matres dei eccleſiam lacte diſcipline nu
triendo. iuxta illud quod dicitur Math. xij. Qui fecerit voluntatem pa
tris mei qui in celis eſt ipſe meus frater ſoror et mater eſt. Etiam gloria
ti ſunt quoniam predeſtinati ſunt ad menſam dei. Unde Luc. xxij. ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. vt edatis ꝛ bi
batis ſuper menſam meam in regno meo. ¶ De ſcđo dicit Jacobus in
canonica. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Figura huius le
gitur in libro Exodi. Dum populus iſrael pugnaret cōtra amalech moy
ſe manus eleuante ꝛ orante vicit populus. ſed ipſo manus declinante po
pulus ſuccubuit. vnde pſalmiſta. Dimiſiſſem eos ſi non moyſes electus
meus ſtetiſſet in confractione. Unde cum iudei feciſſent vitulum confla
tilem dominus dixit ad moyſen. Dimitte me vt iraſcar ſuper populum
iſtum. ſed interceſſio moyſi hanc iram auertit. Ex quibus concluditur.
ꝙ ſancti dei magnam ſortem habent in celeſtibus quibus ipſi poſſunt vi
tam noſtram in diuino beneplacito gubernare. Item nota ſancti ꝛ electi
dei ſunt duplices. ſcꝫ ſpirituales ꝛ corporales. Spirituales ſunt qui a di
uino propoſito creati ſunt ꝛ perpetuati ſunt. vt ſunt angeli. Unde pſal.
Qui facis angelos tuos ſpiritus. Sed corporales ſunt qui vitam huiꝰ
ſeculi in ſanguine martyrij terminauerunt. ꝛ proinde promiſſuꝫ eterne re
tributionis acceperunt. ꝛ ſic hec ſequentia in laudem ꝛ gloriam omnium
ſanctorum. tam ſpiritualium ꝙ̄ corporalium eſt compoſita ſeu compilata
Item nota. ꝙ in hoc feſto agitur memoria omnium ſanctorum. ꝛ ex cōſe
quenti oīm animaꝝ fideliū. Ratio huiꝰ eſt. qꝛ machina huius mundi di
ſtincta eſt diuerſis climatibꝫ ꝛ regionibꝫ. ꝛ diuina miſericordia operatᷣ hoc
in vna regione quod non in alia. Nam aliquando ſancti vnius regionis
canoniſantur de quibus ignorat alia regio. propterea ſtatuerunt ſancti pa
tres vt fieret vna communis memoria omnium ſanctorum. qui in libro
viuentium ſunt inſcripti. Uel poteſt dari alia ratio. quia in hac die deſtru
ctum eſt templū oīm deoꝝ quod dicebatur pantheos. a pan quod eſt to
tum. ꝛ theos deus quaſi continēs totalitatem deorum. in memoriam hu
ius erroris deſtructi celebratur in eccleſia feſtum omnium ſanctorum in
quibus deitas ſeu diuinitas cōmendatur. ¶ Item nota dubitant multi
quare in feſto omnium ſanctorum etiam memoria ſpecialiter ſancti Ce
ſarij habeatur. Dicendum ꝙ ratio huius eſt. quia beatus Ceſarius paſ
ſus eſt poſt inſtitutionem huius feſti. ꝛ ergo in numero cōprehenditur.
nihilominus tamen ſpecialiter ſuum natalicium celebratur.

De omnibus ſanctis

Ordines noueni ſpirituū beatorum. Quos in dei laudibus firmauit charitas. Nos fragiles homines firmate precibus

Hic autor dirigit petitionem ad omnes ſanctos dicens. O vos (noue-
ni) id eſt nouem (ordines) id eſt chori (beatoꝝ ſpirituū) .i. ſanctoꝝ angelo-
rū (quos) ſcꝫ angelos (charitas) id eſt amor vel dilectio dei (firmauit) id
eſt corroborauit (in laudibus dei) omnipotentis. ſꝫ vos (firmate) id ē ro-
borate (nos homines fragiles) id eſt infirmos (precibus) veſtris.

Ut ſpiritales prauitates veſtro iuuamine vincētes fortiter.

Nunc et in euū veſtris ſimus digni ſolēnijs intereſſe ſacris.

Conſtrue (Ut) id eſt ꝙ nos ſim⁹ (vincētes) .i. ſupātes (fortiter) .i. viri-
liter (ſpiritales prauitates) .i. dyabolicas poteſtates ⁊ ſuggeſtiones ſeu
fraudes (veſtro iuuamine) .i. auxilio. ⁊ ſcꝫ nos (ſimus digni) .i. idonei (in-
tereſſe) id eſt preſentes eſſe (nūc) .i. in pñti (⁊ in euum) .i. eternaliter ⁊ per-
petue (veſtris ſacris) id eſt ſanctis (ſolennijs) id eſt feſtiuitatibus. hoc eſt
nos mereamur peruenire ad veſtras dignitates.

¶ Notandū ꝙ autor ponit tantū nouem ordines angeloꝝ. hoc debet in-
telligi de illis q̇ non conſenſerunt lucifero. ſed confirmati in laude dei per-
māſerunt. tñ reuera .x. ſunt ordines. qꝛ ſm doctores decimus ordo nō to-
taliter cecidit. ſed q̄ꝫtum ad eius p̄ncipem luciferꝝ. immo de quolibet or-
dine aliqui ceciderūt. vt numer⁹ eoꝝ ſit in ꝓportione chori integri. ſic etiā
ſm grad⁹ meritorios. ordines angelici ꝑ aīas fideliū reſtaurātur. hec Ra-
banus. Sed quidam alij doctores dicūt. ꝙ decimus chorus ex integro
cecidit. q̇ eſt integraliter per animas fidelium reſtaurandus. ⁊ vocat᷑ mo-
do requies ſanctoꝝ. ⁊ in eodem decimo choro aſſignātur diuerſi gradus
dignitatis. in quibus ſm diuerſa merita anime fidelium collocantur.
Item nota. autor petit ꝯfortationem contra dyabolicas fraudes ⁊ tenta-
tiones. Unde .b. Gre. dat nobis doctrinam reſiſtendi tentationibus ⁊ p̄ͥ-
mo perſuadet hoc fieri cum feſtinatione. Unde ſi tentationi in corde no-
ſtro naſcenti volumus reſiſtere. tunc feſtinanter non debemus eaꝫ admit-
tere. ſed fortiter reſiſtere non conſentiendo. Secundo debemus reſiſtere
per orationem. Unde Grego. Quanto grauiori motu per cogitationem
carnalium deprimimur. tanto debemus orationi ardentius inſiſtere. Ter-
tio cum vigilatione. Unde Grego. ſolerter vigilandum eſt vt cum culpa
blandiri inchoat. ad quē interitum trahitur mēs ignoſcat. Item debem⁹
reſiſtere per manſuetudinem et miſericordiam. Unde petrus apoſtolus
Nouit dominus pios de tentationibus eripere. Unde pſalmiſta. Miſe-
ricordia mea ⁊ refugium meum ⁊c̄. vbi dicit gloſa. Nulla re ita cito vinci-
tur dyabolus ſicut per miſericordiam. Simus ergo feſtini ad orationem
deuoti. vigiles ⁊ manſueti. ⁊ reſiſtamus dyabolo. vt inter ſanctos dei cō-
putemur. ¶ Pro terminis nota. nouenus a um eſt nomen adiectiuū de-
riuatum a nomine nouen. Sed fragilis eſt nomen adiectiuū comparabile
et mobile deriuatum a verbo frango.

Uos quos dei charitas vincere terrea. Et angelis ſoci-
os fecit eſſe polo. Uos patriarche prophete apoſtoli confeſ-
ſores martyres monachi virgines. Et viduarum ſanctarum
omniumqꝫ placentium populus ſupremo domino.
Nos adiutorium nūc et perhenniter foueat protegat vt ve-
ſtrum in die poſcimus gaudioꝝ veſtrorum.

Hic autor iplorat oēs ſanctos dei ꝗ ꝓ victoriā terrenoꝝ ad gloriā trāſie-
runt dicēs. O (vos) ſcꝫ oīes ſancti et electi dei (ꝗs). ſ. ſanctos ⁊ electos
(charitas). i. amor ⁊ dilectio (dei). ſ. oīpotentis (fecit vincere). i. ſuperare
et cōtemnere (terrea). i. vana gaudia hui⁹ mūdi (Et fecit vos eſſe) id ē
exiſtere (ſocios). i. ſodales (angelis). i. cum angelis (polo). i. in celo vel in
regno celoꝝ. ⁊ ſpecialiter (vos patriarche). i. antiq̄ patres (ꝓphete). i. va-
tes (apl̄i). i. diſcipuli dn̄i (ꝯfeſſores). i. deū ꝯfitētes (martyres). i. ꝓ xp̄o
moriētes (mōachi). i. ſolitariā vitā ⁊ mūdā ducētes (ꝟgies) caſte viuētes
(Et). i. etiā (ꝓpl̄s). i. vulg⁹ ⁊ turma (ſanctaꝝ viduaꝝ) ꝯtinentiū (qꝫ) ꝑ et
(oīm placentiū). i. bn̄ viuētiū (ſupmo dn̄o). i. altiſſimo deo (nos) ſcꝫ fra-
giles hoīes (poſcim⁹). i. petim⁹ ⁊ deſideram⁹ (veſtꝝ adiutoriū). i. iuua-
mē ⁊ patrociniū (in die). i. in ſolēnitate (veſtroꝝ gaudioꝝ) hoc ē vt valea-
mus ꝯcelebrare vnanimiter memoriā omniū veſtroꝝ hic ⁊ eternalit̄ con-
regnare vobiſcū (vt foueat). i. ānuet (et ꝓtegat). i. defendat (nūc). i. in p̄-
ſenti (et ꝑhenniter). i. eternaliter. ¶ Notandū autor in littera enumerat
ꝑ ordinē ſanctos et electos dei. vbi ꝓponit patriarchas. quoruꝫ ꝑncipalit̄
ſunt tres ſcꝫ abrahā. yſaac. iacob. ꝗ cum vxorib⁹ ſuis ſepulti ſunt in valle
ebron. Deinde ponit ꝓphetas. ꝗ ſunt. xvij. in numero. quoꝝ ꝑnceps ē da-
uid ꝗ ꝓpter excellentiā ꝓpheta vocatur. quēadmodū paulus apl̄s. Dein-
de quattuor maiores ꝓphete. ſ. yſaias. hieremias. ezechiel ⁊ daniel. ⁊ duo-
decim minores ꝓphete quoꝝ nomina in Paralipomenon ſunt ſcripta. De-
inde ponit apoſtolos. quoꝝ ſunt duodecim numero. quibus paulus bar-
nabas ⁊ thadeus ꝯiungūtur. tn̄ non impediūt numeꝝ apoſtoloꝝ. Dein-
de ponit confeſſores. quorum principaliter ſunt quattuor. ſcꝫ Aug⁹. Gre-
go. Hiero. et Ambro. qui ſunt tanq̄ꝫ quattuor cathene quib⁹ fides catho-
lica dependet. et etiam beatus Martinus. qui propter excellentiam con-
feſſionis ſolus inter confeſſores meruit octauam tenere. Deinde ponit
martyres. quorum numerus penes noſtram cognitionem eſt infinitus.
inter quos poſt chriſtum beatus Stephanus ⁊ Laurentius primatum
obtinent. qđ patet. quia inter omnes martyres iſti ſolas octauas habent
Deinde ponit monachos. per quos quilibet deuotus religioſus debet in-
telligi. Poſt hoc ſubiungit virgines. quarū numerus etiam nobis nō eſt
cognitus. tamen inter omnes poſt beatam mariam beata agnes et beata
margareta habent octauas. q̄re eas pre ceteris virginib⁹ reor eē laude p̄e-

ferẽdas. Ultimo addit numerꝫ oīm electorꝫ cuiuſcūꝙ ↄditionis fuerit vt vnanimiter intercedãt ꝓ nobis ad dñm ihm xp̄m. ⁊ hoc innuit ibi. omniūꝙ placentiū. Pro terminis nota. terreū hic ſubſtãtiuat in neutro genere. ⁊ ſignificat illud qd̓ ꝓcedit ex iſtis inferioribꝫ ⁊ deriuatur a noīe terra.

Sacerdotem chriſti martinum cuncta per orbem ca/
nit eccleſia pacis catholice.

Hic autor deſcribit aliã ſequentiã in laudẽ ⁊ gloriã beati martini. Et diuidit in tres ptes. In p̄ma pte ↄmendat beatū martinū ex multarꝫ regionū congratulatione. hortando populū ad ipſiꝰ laudẽ. Secūdo ↄmendat eum ex virtuoſa miraculꝫ opatione. Tertio ↄmendat eū de ſanctitate vite ipſius cū deuotione precum. ſcd̓a ibi. hic celebris. tertia ibi. hic oculis. Prima adhuc in duo. In p̄ma pte ↄmẽdat eum penes gaudia regionum ↄꝫtum ad iuuentutẽ. In ſcd̓a facit hoc idẽ penes dignitatẽ ep̄atus. ſecunda ibi. Et gallie. Et dicit ſic (Cūcta eccleſia). i. tota ↄgregatio xp̄ianorꝫ (catholice pacis). i. xp̄iane fidei (canit). i. laudat ⁊ laudare debet (p orbẽ) ſcꝫ vniuerſum. i. per vniuerſam terram. ſcꝫ ſanctum (martinum) ſic dictū (ſacerdotem) id eſt epiſcopū (chriſti) id eſt ieſu.

Atqꝫ illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus
Pannonia letetur genitrix talis filij
Italia exultet alitrix tanti iuuenis.

(Atqꝫ) ꝓ et (oīs hereticus) id ẽ ſciſmatꝰ ⁊ infidelis (pallidus) id ẽ pallore ↄfuſus (fugiat). i. fugere debet (nomen illius) ſcꝫ ſolennis epi (Pannonia) talis regio in qua ſanctus martinus eſt genitus (letetur). i. letari debet. qꝛ fuit (genitrix). i. ꝓductrix vel ꝓcreatrix (talis filij). i. ſancti martini. Et (italia) talis regio (exultet) ſcꝫ de eius ſanctitate. qꝛ fuit (alitrix) . i. nutrix (tanti). i. tã ſancti (iuuenis). i. adoleſcẽtis. qꝛ ſanctꝰ martinꝰ eſt nutritus in italia. ¶ Notãdū ſcribit Eccī. l. Quaſi luna plena in diebꝫ ſuis lucet et q̄ſi ſol effulgens. ſic ille effulſit in templo dei. In quibus v̓bis cõmendatur beatus martinus in omnibus virtutibus ſuis. quia effulſit in templo et in eccleſia ſua quaſi luna perfecta. Unde ſciendum ſm̄ aſtrologos. ꝙ luna eſt corpus terreſtre. non ꝙ ſit compoſitum ex terra. ſed ꝙ in cõꝑatione ad alios planetas habet ſe tanq̄ꝫ terra ad alia elementa. Eſt enim corpus tenebroſum non habens lumen de ſe ſed recipit lumen a ſole et q̄uis medietas corpis lunaris ſit ſemꝑ illūinata. qꝛ medietas eiꝰ reſpicit ſemper ſolem. niſi fuerit eclipſis. tamen quantū ad aſpectum noſtrum lumen ipſius augetur ⁊ diminuitur. Unde beatus martinus optime luna dicitur corpus habens terreſtre. quia natus eſt ſm̄ curſum nature. et ẽ illuminatus per gratiam diuinam. que eſt tanq̄ꝫ ſol. Fuit enim beatꝰ martinus complete et perfecte illuminatus. nam radij ipſius erant perfectiſſimi ſm̄ omnes virtutes morales homini poſſibiles. Fuit enim prudens ab errore infidelium declinando. Fuit iuſtus gentilium et hereticorum ſciſmata diſſoluendo. Fuit fortis oībꝫ paſſionibꝫ cum patientia reſiſtẽdo.

Fuit temperatus oēm tentationē moderādo. Etiā liberalis fuit omibus pauperibꝫ erogādo. Etiā fuit in oī genere virtutū pfectus. ꝛ ḡ refulsit in ecclesia q̄ſi luna pfecta. Sꝫ poſtq̄ trāſiuit ab hoc ſeculo de luna factus eſt sol. Juxta illud euāgeliſte. Fulgebūt iuſti tanq̄ ſol in regno celoꝝ. Et ḡ hec ſequētia ē in honorē dei ꝛ ſcti martini ꝯpoſita. Jtē nota nomē ſancti martini merito in hereticis ē fugiēdū. Dicit̄ eīm martinꝰ q̄ſi martē tenēs. vñ ſm aſtrologos mars dꝛ deus belli. Nā lorica fidei indutꝰ in diebꝫ vite ſue inualuit ꝯtra hereticas prauitates. Jtē nota ꝙ hec duo noīa genitrix ꝛ altrix ſumūtur improprie ꝛ metaphorice. qꝛ pānonia fuit genitrix beati martini. qm̄ in tali regione genitꝰ erat. Et italia dꝛ nutrix eiꝰ. qꝛ in italia nutritus fuit. ꝛ ibidē lr̄is ſacris imbutꝰ. Pro termis nota. catholicus dꝛ quaſi cuſtos vniuerſalis fidei. Sed pallidus eſt nomē adiectiuū et dicitur pallidus quaſi timidus ꝛ verecūdus. nam ex timore homo pallet. Item pannonia et italia ſunt propria nomina regionum.

Et gallie trina diuiſio ſacro certat litigio cuius eſſe debeat preſul. Sed pariter habere ſe patrem omnes gaudeant. thuroni ſoli eius corpus foueant.

Hic autor ꝯmendat beatū martinū rōne ꝯgratulationis diuerſaꝝ regionū in dignitate epiſcopatꝰ dicēs (Et trina diuiſio gallie) illius regionis gallia eīm ē in tres ptes diuiſa (certat) .i. pugnat vel litigat (ſacro) .i. ſolenni (litigio) .i. diſcordia (cuiꝰ) ſcꝫ gallie .i. cuius regionis (preſul) .i. ep̄s vel pontifex (debeat eſſe) id ē fore (ſed) ꝑ tamē (omnes) ſcꝫ predicti (gaudeant) .i. letant̄ (pariter) id ē ſimul (ſe habere) .i. poſſidere .ſ. ſanctū martinū (patrem) ideſt patronum. tamen (ſoli thuroni) .i. tales populi (foueāt) .i. nutriūt poſſidēt ꝛ in ſepulchro tenēt (corpus eius) .ſ. ſcīſſimi martini.

Huic francorum atq̄ germanie plebs omnis plaudat.

Quibus videndum inuexit dominum in ſua veſte

(Atq̄) .i. etiā (oīs plebs) .i. totꝰ pp̄ls (frācoꝝ) .i. frācie oriētal' (ꝛ germanie) .i. almanie ꝛ teuthonicoꝝ (plaudat) .i. laudes reddat vl' plaudēdo manibus iubilat (huic) .ſ. beato martino epiſcopo (Quibus) ſcꝫ populis ſeu hominibus (inuexit) id eſt induxit ꝛ oſtendit (dominū) .i. ihm xp̄m (videndū) .i. ꝯſpiciendū vel cernēdū (in ſua veſte) id eſt in ſuo pallio qđ pallium diuiſit ꝛ cuidam mendico tribuit. ¶ Notandū pmo ꝙ btūs martinꝰ ſabarie ex pannonioꝝ opido oriundus fuit. ſed intra italiam papie alitus fuit et cū patre ſuo tribuno militum ſub conſtantio ꝛ iuliano ceſare militauit. nō tamē ſponte. qꝛ ab infantia diuinitꝰ inſpiratꝰ cū eſſet .xij. ānoꝝ. inuitis parētibꝫ ad eccleſiā ꝯfluxit et cathecuminū ſe fieri poſtulauit. hic matrē ꝯuertit. pater vero in errore pmāſit. Hic quendā cathecuminū (q̄ ſine baptiſmo obijt) ſua oratione ad vitā pſtinā reuocauit. Jtē aliū q̄ laqueo fuit ſuſpenſus vite reſtituit. Tertium mortuum pro quo mater eius exorauit beatus martinus in medio campi vbi erat innumerabilis multitudo gentilium genua flexit et cunctis aperte videntibus puer a mortuis reſurrexit. quapropter omnes illi gentiles ad fidem chriſti conuerſi ſunt.

De ſancto Martino

Vñ.b.martinꝰ fuit magne ꝯpaſſionis erga delinquẽtes.qꝛ oẽs penitere volentes ſũma ꝯpaſſione recipiebat. Vñ cũ dyabolus eum reprehẽderet cur pctõꝛes ad penitẽtiã reciperet. Rñdit ei.ſi tuipſe o miſerabilis deſiſteres ab infeſtatione hoim̃.⁊ tu factoꝝ tuoꝝ pñiam haberes.ego ꝯfiſus in dño.miſericoꝛdiã dei tibi pollicerer. ¶ Erat etiã magne pietatꝫ erga pauperes. Legit̃ em̃ in dyalogo ꝙ.b.martinꝰ archidyacono p̄cepit vt egenũ veſtiret.ſꝫ cũ ille facere diſtuliſſet.ingreſſus martinus ſecretariũ tunicã ꝓpriã exuebat ⁊ pauperi tribuit ⁊ eũ recedere iuſſit. Etiã.b.martinꝰ alteri pauperi dimidiũ palliũ dedit ⁊ ſequẽti nocte xp̄m clamidis ſue pꝫte q̃ pauperẽ texerat veſtitũ vidit ipſumqꝫ ad circũſtãtes angelos ſic loquentẽ audiuit. Martinus adhuc cathecuminꝰ hac me veſte ꝯtexit. Et h̄ tangit autoꝛ cũ d̄r.q̄bꝫ videndũ ⁊c̄. Item nota ꝙ gallia regio ſm̄ coſmographos eſt triptita.qꝛ vna vocat̃ italia.ſcd̄a pãnonia.tertia thuronia. Itẽ au.d̄r frãcoꝝ.vñ duplex ẽ frãcia.vna magna.cuiꝰ p̄nceps d̄r rex frãcie.⁊ eiꝰ inhabitatoꝛes dicũt̃ frãcigene Alia ẽ frãcia q̄ua ⁊ circa thurigiã ꝯſtituta huiꝰ p̄ncipes ſũt almani epi ⁊ duces.⁊ huiꝰ inhabitatoꝛes dicũt̃ frãcones vel frãciti.⁊ de talibꝫ nõ d̄r hic. Pro termis no.trinus a ñ ẽ nomẽ adiectm̃ deriuatũ a tris grece qd̄ ẽ tres latine. Sꝫ thuronꝰ ẽ nomẽ adiectm̃ ⁊ dicitur inhabitatoꝛ ciuitatis thuronẽſis. Sꝫ germania d̄r theutonica regio.

¶ Hic celebꝛis eſt egypti partibus grecie atqꝫ cunctis ſapientibus. Qui impares ſe martini meritis ſentiũt atqꝫ eius medicamini.

Hic autoꝛ ꝯſequẽter ꝯmendat beatũ martinũ ex cõpatõe ad alios dicẽs (Hic) ſcꝫ ſanctus Martinus (eſt celebꝛis) id eſt ſolennis et maxime ſanctus (partibus) id eſt omnibus finibus ⁊ regionibus (egypti) id eſt illiꝰ regni (atqꝫ) pro et (cunctis) id eſt omnibus (ſapientibus) id eſt pꝛudentibus.ſcꝫ magiſtris ⁊ doctoꝛibus (grecie) illius pꝛouincie vel regionis. (Qui) ſcꝫ greci ⁊ egiptij (ſentiunt) id eſt cognoſcunt et fatentur (ſe) id eſt ſeipſos (eſſe impares) id eſt diſſimiles ⁊ nullo modo equales (meritis) id eſt auxilijs ⁊ miraculis (ſancti martini) illius epiſcopi (atqꝫ) ꝑ et (medicamini) id eſt medelis (eius) ſcꝫ ſancti martini.

Nam febꝛes ſedat.demoneſqꝫ fugat.paralitica membꝛa glutinat. Et moꝛtuoꝝ ſua pꝛece trium reddit coꝛpa vite pꝛiſtine. Hic ritus ſacrilegos deſtruit.et ad chꝛiſti gloꝛiam dat ignibus ydola. Hic nudis myſteria bꝛachijs conficiens pꝛeditus eſt celeſti lumine.

Hic ꝯſequenter.b.Martinũ ꝯmẽdat ex ꝟtuoſa choꝛuſcatõe miraculorũ dicẽs (Nam) ꝓ quia (ſedat) id eſt ãmouet ſanat ⁊ expellit (febꝛes) tales infirmitates (qꝫ) ꝓ ⁊ (fugat).i.expellit (demões).i.dyabolos (⁊ glutinat).i.ꝯiũgit ⁊ ſolidat (palitica mẽbꝛa).i.oꝛgana paliſi vexata ſ.reddẽſ

do eis ſanitatē (Et) ſcʒ ipe ſcūs Martinꝰ (reddit) .i. reſtituit (ſua p̄ce)
idē p ſuas orōnes (corꝑa) .i. cadauera (triū mortuoꝝ) .i. defunctoꝝ (p̄ſti-
ne vite) .i. ad vitā p̄orē. qꝛ ſua p̄ce tres mortuos ſuſcitauit (hic) ſcʒ ſanctꝰ
martinꝰ (deſtruit) .i. ānihilat. rūpit ⁊ frangit (ſacrilegos ritꝰ) .i. hereticas
prauitates. qꝛ ꝯuertit infideles ad fidē catholicā. qbꝫ p̄dicauit (⁊ dat) .ſ.
ad cōburendū (idola) .i. imagines idoloꝝ ⁊ demonum (ignibꝫ) .i. flāmis
(ad gloriā) .i. honorē ⁊ laudē (xp̄i) .i. om̄ipotētis dei. qꝛ ipe cōbuſſit ido-
la. ⁊ deos argenteos igne. ⁊ edificauit eccleſias ad laudē dei Et (hic) ſcʒ
ſcūs martinus (ꝯficiens) id eſt ꝯſecrās (nudis brachijs. myſteria) .i. ſa-
cra ſcʒ ſacramēta altaris (p̄ditꝰ) .i. circūdatꝰ (celeſti) .i. diuino (lumine)
id eſt claritate dei. ¶ Notandū. autor cōmendat beatum martinū in
quinqꝫ virtutibus Primo in cura febricitantiū. qꝛ legitꝰ ꝙ multos infir-
mos a febribꝫ curauit. imo hodierna die ad ſepulchrum tranſeuntes a ta-
li infirmitate meritis ſancti Martini curantur Secundo commendat
eum in fuga ſpirituum malignorum. Unde legitur ꝙ quodam tempore
cum p̄mo fuit ordinatus epiſcopus exiuit eccleſiam. videns hominē ob-
ſeſſum trementem ⁊ inſanientem. vt quaſi de ſpuma oris ſui fuiſſet ſuffo-
catus. quem beatus Martinus tangens cum baculo ſuo dixit Non do-
minetur tibi iniquitas tua. neqꝫ dyabolica poteſtas. ſurge ⁊ ambula in pa-
ce. Ad hec verba homo ſtatim ſurrexit cunctis videntibus ⁊ audientibꝫ
et ab eo cum magno rugitu receſſit dyabolus. Item legitur ꝙ quadā vi-
ce beatus martinus cum ſuis ſocijs tranſiuit ⁊ orauit. occurrunt eis vac-
ce cum nimio impetu que antea multos cornibꝫ ſuis offenderāt. q̃ď bea-
tus Martinus aſpiciens vidit dyabolum ſupra dorſum ipas agitantem
quem recedere iuſſit et ſtatim receſſit. Tercio cōmendat eum in parali-
ticoꝝ cura. Unde paraliſis eſt quedam infirmitas diſſoluens mēbra ho-
minum ⁊ impediens greſſum. de qua infirmitate multos curauit Unde
legitur ꝙ poſt obitum beati martini fuerunt duo ſocij. vnus claudus al-
ter paraliticus. qui p̄dicando ⁊ mendicando magnam pecuniā acquire-
bant Audientes ꝓo ꝙ corpꝰ ſancti martini multos infirmos ſanaret. cū
in tranſlatione corpus eius ꝓceſſionaliter ad eccleſiam portaretꝛ. timere
ceperunt ne predictum corpus ante hoſtium portarent. ⁊ ſic curarentur
nolebāt em̄ conſequi ſanitatē ne ꝑderent materiam ſui lucri. quapropter
de illo hoſpicio fugientes aliam plateam adeuntes corpori eius ex impro-
uiſo obuiabant. ⁊ ſic ambo contra voluntatem eorum ſunt curati. licʒ do-
lerent multum ⁊ triſtarentur.
¶ Pro terminis nota. ſedo as are ꝑcat pacificare ſiue determinare. vt
diſcordia illoꝝ eſt ſedata Item conglutino eſt verbum tranſitiuū pri-
me coniugatōnis ⁊ ſignificatꝛ conſolidare.

¶ Hic oculis hac manibus in celum et totis viribꝫ ſuſpēſus
terrena cuncta reſpuit. Eius ori nūqꝫ chriſtus abfuit ſiue iu-
ſticia vel quicquid ad veram vitam pertinet

¶ Hic iā autor cōmēdat be. martinū de ſanctitate vite ⁊ moꝝ honeſtate

De ſancto Martino

dicens (Hic) ſcꝫ martinus (ſuſpenſus) .i. eleuatꝰ (oculis) ſcꝫ exterioribꝫ et etiã cordis (ac manibꝫ) .i. operationibꝫ ſuis exterioribꝫ (⁊ totis) .i. omnibus (viribꝫ) .i. potẽtijs (in celũ) .i. in deũ (reſpuit) .i. ſpreuit vel ꝯtẽpſit. (cuncta terrena) ſcꝫ mundũ. diuitias mundi. ⁊ oẽm pompã ⁊ honorẽ mũdi (chriſtus) ieſus ⁊ ſaluator (nunꝙ) .i. nullo tꝑe (abfuit) id eſt defuit (ori eius) ſcꝫ ſancti martini. quia in omni tempore orauit ⁊ predicauit (ſiue) ꝓ vel (iuſticia) talis virtus (vel quicꝗd) .i. oĩe id qđ (ꝑtinet) .i. ſpectat (ad verã vitã) .i. ad vitã ꝯtemplatiuã vel vitam eternam

¶ Igitur te cuncti poſcimus o martine. vt qui multa mira hic oſtendiſti Etiam de celo gratiam chriſti nobis ſupplicatu tuo ſemper infundas.

¶ Autor ꝯcludendo canticum ſuum dirigit petitõem ad ſanctũ Martinum. dicens (Igitur) id eſt ideo (o martine) beate patrone ⁊ pontifex. nos (cuncti) ſcꝫ hoĩes xp̄iani (poſcimus) id eſt rogamus ⁊ deprecamur (te. vt) id eſt ſicut. tu (q̇ oſtendiſti) .i. demonſtraſti (hic) .i. in p̄ſenti ſeculo (multa mira) .i. multa miracula ⁊ ſigna (etiã. infundas) id eſt ꝯcedere et donare velis (ſemꝑ) id eſt ꝯtinue ⁊ oĩ tempore (nobis) ſcꝫ hominibꝫ chriſtianis te collaudãtibꝫ (tuo ſupplicatu) id eſt interuenientibꝫ tuis precibus (gratiã) id eſt miſericordiã ⁊ fauorem (chriſti) omnipotẽtis dei (de celo) id eſt de regno celorum. ¶ Notandũ. cũ beatus Martinus ſenio grauaretur ſemꝑ oculos leuauit in celum. iuxta dictum pſalmiſte Ad te leuaui oculos meos q̇ habitas in celis. licet ex ſenio iam eſſet incuruatus Unde habuit quendã archidyaconũ noĩe Bricciũ. q̇ ſepius eũ deriſit. ꝙuis iuſtiſſime ⁊ caſtiſſime vixit. Unde contigit quodam tempore ꝙ quidam cupiens loqui cum beato martino petijt ſignũ a Briccio archidyacono ꝑ qđ ſanctum Martinũ inueniret Dixit Briccius. Cũ videris virũ annoſum curuum ⁊ canum. in facie rugoſum. ſurſum aſpicientẽ. hic ẽ Martinus epiſcopus. Statim cum hec verba dixiſſet. ſonuerunt in auribus beati Martini tanꝙ ſi aliquis prope eum locutus fuiſſet. quãuis valde longe ab eo erat Poſtmodũ cũ beatus Martinus ad Bricciũ venit dixit ei. Quare talia verba dixiſti me deridendo. Quod Briccius negauit Cui beatus Martinus. Vox tua ſonuit in auribus meis Et qꝛ hoc feciſti Ecce poſt me epiſcopatum tenebis. ſed huius deriſionis vindictam a deo accipies. Defuncto ergo beato Martino. beatus Briccius electus eſt in epiſcopum. Uixit aũt iuſtiſſime ⁊ caſtiſſime. ⁊ tamẽ a ſuis incuſatus de vicio ⁊ expulſus ¶ Item nota. ꝙ quando beatus Martinus occubuit. tam Pãnonici ꝙ Thuronici ad eius tranſitum conuenerunt. Quo migrante grandis altercatio inter vtrũꝗ ſurrexit populũ. Dicebant enim Pãnonici. Noſter eſt monachus. ⁊ ergo ipſum requirimus. quia ſufficit vobis qui dum eſſet in mundo vſi fuiſtis eius colloquio. quia participaſtis conuiuio. informati enim fuiſtis exemplo ⁊ virtutibus ſufficiant vobis hec omnia. Nobis autẽ corpus ipſius Ad hoc

thuronici reſponderunt. Scitote q vobis ſuſcitauit duos mortuos. no/
bis vnum. ꝛ plures virtutes fecit vobiſcum ꝙ nobiſcum. Ergo neceſſe
eſt vt quod nobis non impleuit viuens impleat defunctus His igit liti/
gantibus mox clauditur corpus. ꝛ in medio poſitum ab vtroqꝫ populo
cuſtoditur Deniqꝫ media nocte deo volente oẽs Pãnonici dormierũt
Quod videntes Thuronici comprehenſum ſanctiſſimum corpus. alij ꝑ
feneſtram eijciunt. alij foris ſuſcipiunt poſitum in naui cum omni popu/
lo per fluuium diſcedunt. ingreſſiqꝫ littoris alueum ad vrbem thuronicã
magnis pſallentium laudibus iter dirigunt.

¶ Pro declaratõne terminoꝝ nota. Reſpuit eſt verbũ tranſitiuũ ter
cie ꝯiugatõnis. cõpoſitum a re ꝛ ſpuo. ꝛ ſcat ſpernere. Sed abſum eſt
verbũ neutrale cõpoſitum a prepoſitõne ab ꝛ a verbo ſum

G g Aude ſyon q egreſſus a te decor ꝛ depreſſus tui ful
gor ſpeculi Rediuiua luce redit o et alpha quod ac
cedit iam in fine ſeculi.

¶ Jſtud eſt aliud canticum ob laudem ꝛ honorem ſancte Elizabeth
compilatum Quod diuiditur in quattuor partes principales. Jn qua/
rum pͥma autor hortatur ſanctam eccleſiam ad congaudendum in hoc fe
ſto Jn ſecunda comparat beatam Elizabet ad alios ſanctos penes excel/
lentiam Jn tercia cõmendat beatam Elizabeth de virtute miraculorum
Jn quarta dirigit petitõnem ad ſanctam Elizabet. Secunda ibi. Roma
prima. tercia ibi. O ꝙ dignis. quarta ibi. Eya mater. dicens. O (ſyon) id
eſt anima fidelis vel ſancta eccleſia (gaude) ſcꝫ propter hoc (q. decor) id
eſt pulcritudo (egreſſus) id eſt qui exiuit a te (et fulgor) id eſt ſplendor
(tui ſpeculi) id eſt ſpeculatiõis (depreſſus) id eſt eliſus. ꝛ cõpreſſus (re/
dit) id eſt iterum venit (rediuiua luce) id eſt ſplendore viuido (quod) ſcꝫ
ſpeculum. ſc exiſtens (alpha) id eſt pͥncipium (ꝛ o) id eſt finis omnium
rerum (accedit) id eſt viſitat (iam) id eſt nunc (in fine) id eſt in termino
(ſeculi) id eſt mundi huius.

¶ Notandum primo. ſcribitur in prouerbijs. capitulo vltimo. Con/
ſiderauit ſemitas domus ſue. et panem ocioſa non comedit. Jn quibus
quidem verbis beata Elizabeth dupliciter commendatur. Primo ex
eius circumſpecta operatione in periculis huius mundi. Secundo ex oc
cupatione anime ſue in cogitationibus. ¶ Primum declaratur Quo
niam conſiderauit ſemitas domus ſue ab omnibus periculis anime ꝛ ab
inſidijs ꝛ laqueis dyaboli ſe preſeruando. quia dicit beatus Gregori/
us in omelia A malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit qui theſau/
rum in via publice portat. iam conſumitur vt conſeruetur. Ergo beata
Elizabeth ſemitas ſue domus conſiderans theſaurum bone conſcien/
tie ſue habuit abſconditũ ꝛ caute ambulauit in hoc ſeculo ne a malignis
ſpiritibus poſſet ſpoliari. Juxta illud dictum apoſtoli ad Romanos ſe/
cundo capitulo. Uidete quomodo caute ambuletiſ. nõ quaſi inſipientes

De ſancta Elizabeth

ſꝫ vt ſapientes. Vñ ipa merito numerat̃ inter ſapientes. q̃ hab̄ẽtes oleum
veniente ſponſo intrauerũt cũ eo ad nuptias. Deinde declarat̃ ſcd̃m. cum
dr̃. panẽ ocioſa nõ comedit. vbi nota ꝙ duplex ẽ panis. ſcꝫ corꝑalis ⁊ ſpi-
ritualis ſiue ſupſubſtãtialis. Corꝑalis eſt quo reficit̃ corp⁹. Supſubſtan-
tialis ſeu ſpũalis eſt q̃ aīam ipīgueſcit. ⁊ ſilr̃ eſt duplex occupatio. ſ. cor-
poralis q̃ deſignat̃ ꝑ marthã q̃ ſollicita erat circa frequens myniſteriũ et
vocat̃ vita actiua. Alia ẽ ſpũalis. ⁊ deſignat̃ ꝑ mariã q̃ audiens ꝟbum dei
optimã ꝑtem elegit. ⁊ vocat̃ vita ꝯtẽplatiua. Primũ panẽ comedit eliza
beth nõ ocioſa. ſꝫ in ꝑ̄ma occupatõe. nã de ea exponit̃ illud ꝓuerbioꝝ vlti.
Manus eius apprehenderũt fuſum. ⁊ panẽ ſuũ acq̃ſiuit in labore. iuxta
dictũ apl̄i. Qui laborat mãducat. Et circa hũc panẽ habuit occupatõeꝫ
corꝑalẽ. pauperes colligẽdo. eſurientes ⁊ ſitientes reficiendo. ⁊ oĩ̄e op⁹
miſericordie impendendo. Etiã btã Elizabeth ſcd̃m panẽ (ꝓ quo orat to
ta eccleſia dicens panem noſtꝝ quotidianum da nobis hodie) comedit
nõ ocioſa. ſꝫ cũ ſcd̃a occupatõe comedit. qꝛ om̄i tp̄e cogitauit ea q̃ dei ſtꝫ
ſm̄ doctrinã apl̄i. ⁊ ſic elegit optimã ꝑtem q̃ nõ auferet̃ ab ea in eternum.

¶ Secundo nota. hec ꝑ̄ma ſententia eſt collecta ex duabus ꝓphetijs.
Hiere. Prima ſcribit̃ in libro Trenoꝝ ſic. egreſſa eſt a filia ſyon omnis
decor ei⁹. Scd̃a ſcribit̃ in vltima ep̄la Hiere. vbi dr̃ Hierl̃m indue te ve
ſtibus iocũditatꝭ. Prima igit̃ ꝓphetia fuit miſerie ⁊ lamentatõnis. qñ ex
pugnata eſt hieruſalẽ ciuitas ⁊ oĩs populus ductus eſt in captiuitateꝫ. ⁊
nõ erat q̃ redimeret. Sꝫ ſcd̃a fuit exultatõis. qñ data eſt ꝯſolatio. vt redi
ret corona q̃ ceciderat de capite ſynagoge. Fuit ergo ante tempus eliza-
beth ſyon. i. ſancta mater eccleſia ſine decore ſpeculatõnis. qꝛ ſyon interp-
tatur ſpeculatio. ſed ꝑ aduentũ huius ſancte vidue regreſſus eſt decor ⁊
ſpeculũ eius. ⁊ tunc diuina potentia mundũ viſitauit

¶ Pro terminis nota. egreſſus eſt ꝑticipiũ deriuatũ a verbo egredior.
Sed depreſſus eſt ꝑticipium deriuatum a deprimor cõpoſitum a de et
premor. mutando e in i. Sed rediuiuus eſt nomen adiectiuũ cõpoſi-
tum a re ⁊ viuus ꝑ interpoſitõnem ſyllabice adiectõis ſcꝫ di. Vel ſm̄ Bri
tonem rediuiuus dicitur a verbo redio is ire. ⁊ dr̃ illud quod eſt redeun-
dum. Item alpha ⁊ o ſunt duo nomina hebraica. vbi nota. Ipſe deus
dr̃ alpha ⁊ o. id eſt ꝑ̄ncipium ⁊ finis oĩm reꝝ. Alpha eĩ̄ ꝑ̄ma lr̄a greci al
phabeti. ꝑ quã deſignatur ꝑ̄ncipium. O vero eſt figura circularis carens
fine. quia ꝑ̄ncipium ⁊ finem in vnum coniungit. per quod deſignatur ꝙ
ip̄e deus eſt finis ad quem ordinantur omnia

¶ Poma prima primitiuos deus ſanctos adhuc viuos vi-
dit in cacumine. Ut extrẽmos addat primis ꝯ̃uis ſtante nos
in imis ſuo viſit lumine.

¶ Hic autor comparat beatam elizabeth ad alios ſanctos penes ex-
cellentiã. Et diuidit̃ in duas ꝑtes. In ꝑ̄ma ꝑte cõparat beatã Elizabeth
ad ſanctos ⁊ electos dei. ſecundo cõmendat eam ꝯ̃tum ad gaudia ſup-

thoꝝ in delicto Hoc idẽ atteſtat̃ btũs Gre.dicens. Nõ ex virili ſemine.
ſʒ myſtico ſpiramine ꝟbũ dei factũ ẽ caro ¶ Itẽ nota.au.dr.more miro.ꝑ
hoc innuit̃ ſupnaturalis incarnatio dei.de q̃ dictũ eſt in ſequẽtia Eya re/
colamꝰ.circa hũc textũ Mirabilis natura.ꝛ ſilr in ſequẽtia Aue p̃clara.
ibi. Hinc gentiũ. Itẽ nota.au.dr.fuſa celi rore.ibi tãgit̃ materia ꝓpheti
ca quã nouit Iſa.vbi dr Aperiat̃ terra/ꝛ germinet ſaluatorẽ. vt ptʒ etiã
in fine ſequẽtie Celi enarrãt.ibi Germẽ iuſtũ Itẽ nota.au.dr.gedeonis
vellꝰ Vñ qñ Gedeon cũ ꝑplo ſuo eẽt pugnaturꝰ ꝯtra egiptios vidit ex/
ercitũ ſuũ ẽ debiliorẽ.ꝛ ꝯſuluit dñm q̇d eẽt facturꝰ.ꝛ dixit ei dñs Ma/
ne cũ ſurrexerꝭ accipias vellꝰ de agnello mũdo ꝛ pones in cãpo.ꝛ ros de
ſcendens cadet ſupꝑ ipm.ꝛ oĩs q̇ hoc rore fuerit tactꝰ erit victor ſuoꝝ ini/
micoꝝ. Vñ ꝑ vellꝰ intelligit̃ be.ꝟgo.ꝑ pluuiã deſcendentẽ grã ſpũſſcti. vt
q̇cũqꝫ ꝑ pluuiã celeſtem aſperſam in vellere.i.in libertate fuerit ꝑunctus ꝛ
repletus ipe erit victor oĩm ſuoꝝ inimicoꝝ viſibiliũ ꝛ inuiſibilium
¶ Pro terminis nota exꝑtus idẽ eſt qd ꝯſcius.ꝛ deriuat̃ a ꝟbo experi/
or. Inde exꝑtus.i.ſciens Inde expertentia.i.inq̇ſitio Item neſcius a
um eſt nomẽ adiectiũ deriuatũ a verbo neſcio is ire.ꝛ idẽ eſt qd ignarus
vel erroneus.

Salue decus firmamenti.tu caliginoſe menti deſuꝑ irradia

¶ Hic iã autor ꝯmẽdat be.ꝟginẽ ipam ſalutãdo ꝛ ad ipam petitões di/
rigẽdo dicẽs O maria.exĩis(decꝰ).i.ſplẽdor ꝛ honor(firmamẽti).i.mũ/
di.tu(ſalue).i.ſis ſalutata(tu irradia).i.illumina (deſuꝑ caliginoſe mẽti)
hoc ẽ illumina mẽtes humanas poſitas in tenebris huius mundi

¶ Placa mare maris ſtella.ne inuoluat nos procella ꝛ tẽpe/
ſtas valida. Nobilis et inclita mitis ꝛ vnica ꝟgo maria ma/
ter miſericordie nos adiuua.

O (ſtella marꝭ).i.maria(placa).ſ.nob(mare).i.mũdũ i q̇ nauigamꝰ(ne
ꝓcella).i.iundaᵒ maloꝝ(ꝛ valida tẽpeſtas).i.ipetꝰ tribulationũ(iuolat)

ſimplicet (nos) ſcȝ homines. O (nobilis ⁊ inclita) .i. glorioſa virgo Ma-
ria (mitis) .i. pia (⁊ vnica) .i. ſingularis exiſtens (mater miſericordie ad-
iuua nos) ſ. in mari huius ſeculi. ¶ Notandū autoꝛ appellat beatam
virginem matrē miſericordie. Unde dicit beatus Gregorius. Si om̄ia
membra eſſent conuerſa in organa linguarum non poſſent complere exp-
mere benignitatem ⁊ Miſericordiam beate virginis Marie. Unde
prefiguratum eſt in quodam miraculo ꝙ quidam iudeus imaginem bea-
te virginis in pariete cuiuſdam domus infixam aſpiciens interrogauit cu-
ius eſſet iſta imago. cui dictum eſt ꝙ eſſet beate Marie virginis. hoc au-
diens iudeus dyabolo inſtigante accepit imaginem ⁊ in ſtercora proiecit
et pedib⁹ conculcauit cultello faciem eius inſcindens. Poſtea vero turpi
et mirabili morte conſumptus. imago nunq̄ apparuit niſi per longum ſpa-
cium temporis quādo hoc idem cuidam ſancto homini reuelatum eſt qui
imaginem iſtam inter ſtercora abſconditā inuenit ⁊ ſubleuauit. Qui dili-
genter eam abſtergendo ſecum in domū ſuam honorifice collocauit. ⁊ ad
honorem beate virginis Marie ex eadem tabula oleum ebulliens cepit di-
ſtillare ⁊ perſeuerat vſq; ad hodiernum diem. Quod deus fieri permiſit
vt nobis intimaret quante venerationis digna ſit virgo Maria. Et er-
go in hoc miraculo ⁊ in alijs p; copioſa miſericordia dei genitricis. Un̄
merito in littera preſenti cum precedenti ⁊ etiam quibuſdam ſequentijs
poſtpoſitis. que ſunt de ſalutatione virginis Marie ipſa multipliciter ex-
tollitur ⁊ laudatur ſalutat̄ et rogatur vt nobis miſeris ſua ſupereffluen-
ti miſericordia ſubueniat. Que in ſalutatione cuiuſdam militis euidenter
apparuit. Unde miles quidam habebat quoddam caſtrum in via com-
muni. ⁊ tranſeūtes in tali via ſemper ſpoliabat. attamen beatam virginē
quottidie ſalutabat. Accidit aūt ꝙ quidā vir religioſus tranſitū ibidem
faceret. quem ſtatim predictus miles expoliari iubebat. vir autem religio-
ſus rogauit militem vt om̄es de familia ſua ad audiendum verba dei cō-
gregaret. cum autem congregati fuiſſent dixit. nequaq̄ hic omnes eſtis.
ſed aliquis adhuc abeſt. ꝑquirite diligenter ⁊ aliquem abeſſe inuenietis
Tunc vnus clamans dixit. vbi eſt ipſe qui cocus eſt. pro eo ergo mittitur
et in medium deducitur. Cum autem virum dei vidiſſet reuolutis ter-
ribiliter oculis. caput ad inſtar inſani agitabat. nec prope accedere aude-
bat. Uir autem ſanctus dixit ei. adiuro te per nomen domini noſtri Jeſu
chriſti vt dicas quis ſis ⁊ propter quam cauſam huc veniſti. Cui ille re-
ſpondit. Heu adiuratus prout decogor dicam. Ego eīn ſum demon qui
formam hominis accepi. ⁊ decem ⁊ quattuor annis cum hoc milite ſic ꝑ-
manſi. quia princeps noſter me huc miſit. vt diem qua hic ſancte Marie
ſalutationem non diceret. diligentius obſeruarem ⁊ ipſum continuo ſtran-
gularem. quacūq; eīn die illam ſalutationem dicebat. in ipſum poteſtatē
habere non potui. Hoc audiens miles. veniam poſtulauit. et in melius
deinde vitam ſuam mutauit. Unde ipſe ſanctus dixit demoni. Precipio
tibi in nomine Jeſu chriſti vt ſtatim recedas et amplius talem locum nō
poſſideas. nec vlli glorioſam dei genitricem inuocanti nocere preſumas.
¶ Item nota quidam textus habent iſtum verſum. Nobilis inclita. ⁊ de-
bet ſic exponi (O virgo) ſcȝ Maria (nobilis) ſ. exiſtēs (et inclita) id eſt

pia (mitis) id eſt ſuauis (et vnica) id eſt ſola (mater miſericordie) ſcꝫ exiſtens ad nos peccatores apud tuū filium ¶ Pro declaratōe terminorū nota. Caliginoſus a um eſt nomen adiectiuū deriuatū a nomine caligo qd̄ idem eſt qd̄ obſcuritas. Sed deſuꝑ eſt aduerbium loci.

Gaude Maria templum ſumme maieſtatis. Gaude Maria ſpeculum virginitatis. Gaude lux et ornamentum glorie. Gaude Maria lex et teſtamentum gratie. Gaude Maria que es vera ſpes veri gaudij.

¶ Hic autor deſcribit aliam ſequentiam in qua reuocat ad memoriā diuerſa gaudia beate virginis eam cōmendando ad eam poſtea petitionē dirigendo. ⁊ he ſunt due huius ſequentie partes. Secūda eſt ibi. Gaudium ſis nobis. Et dicit p̄mo ſic. O (Maria) exiſtens (templum) id eſt ſacrarium (ſumme maieſtatis) id eſt omnipotentis dei. tu (gaude) id eſt letare. o Maria exiſtens (ſpeculum) id eſt candor (virginitatis) id eſt virginū. tu (gaude) id eſt letare. o Maria exiſtens (lux) id eſt ſplendor (⁊ ornamentum). i. decus (glorie) ſc. diuine (gaude) ſcꝫ gaudio eterno. O (maria) exiſtens (lex). i. inſtitutio. ⁊ (teſtamentum gratie. gaude). i. letare O (Maria que es vera ſpes veri gaudij) id eſt celeſtis gaudij. tu (gaude) id eſt letare

Gaudium ſis nobis dulcis vultus filij

Salua nos ⁊ ꝯſerua per omnia ſecula ſeculorū Amen

¶ Concludendo dirigit petitōem ad virginem glorioſam dicens. tu (ſis nobis) chriſtianis (gaudiū). i. ꝯſolatio (vultus). i. faciei (dulcis filij) ſcilicꝫ tui. o Maria tu (ſalua). i. ſaluos fac (nos) ſcꝫ hoīes (⁊ ꝯſerua) ſcꝫ nos (ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ). i. eternaliter (Amen). i. fiat ¶ Notandū ſcribitꝰ p̄mo Macha. vi. Effulſit ſol in clipeos aureos ⁊ montes reſplenduerūt ab eis In quibꝰ verbis ad ꝯformitatem huius ſequentie beata virgo cōmendatur dupliciter. Primo ratōne electiōis et dignitatis. qꝛ mater dei. Secūdo ꝯmendatur ex nobilitate. qꝛ amicta veſte humilitatis. Unde ꝓpoſitio aſſumpta ſic adaptatur ꝓpoſito. Sol id eſt chriſtus. effulſit. id eſt miracula operatus eſt. in clipeos aureos. id eſt virtutes beate virginis marie. et montes. i. p̄ores parentes. reſplenduerunt. i. glorificati ſunt ab eis. i. de virtutibꝰ. quibꝰ ꝓmeruit duplicē dignitatē. ſcꝫ filij ſui ꝯceptiōeꝫ ⁊ etiā parentū glorificatōem. vt bene pꝫ ex eo. qꝛ ex meritis beate virginis feſtū beate Anne eſt inſtitutū ſolēniter celebranduꝫ. Vn̄ beata virgo inter oēs virtutes maxime habuit humilitatē. qꝛ ipſa eſt q̄ oēs ꝯfirmat. vn̄ Bernardus. O felix humilitas penitentiū. o beata ſpes ꝯfitentiuꝫ. potens es apud potentē. q̄ facile vincis inuincibilem. q̄ cito tremendū iudicem cōꝫ

uertis in pijſſimū patrem. De ſecūdo dicitur in ſymbolo domini vbi di-
citur. ꝙ ex ꝓgenie regali et ſacerdotali voluit naſci. quam beata virgo pru-
denter exornauit. et ergo ipſa clipeus aureus nūcupat᷑. qꝛ nos defendendo
vitam imaculatam auro puriorem ꝯſeruauit ⁊ gloriam mūdo. Unde p̄-
mo Macha. ij. Gloria viri peccatoris ſtercus ⁊ vermis eſt. hodie extolli-
tur et cras nō inuenietur. ideo vanū eſt humanā laudem appetere. quod
perpendens beata virgo ſoli deo ſtuduit inherere. ⁊ ſic virtutibꝫ plena tan-
tas dignitates promeruit vt non ſolum ipſa. ſed etiam parentela eius eſt
glorificata. Unde etiam beatus Auguſtinus ꝯmendat eam in virtutibꝫ
dicens. Beata virgo Maria fuit valde deuota. habuit ſpūm humilem
totum corpus anime ⁊ rōni ſubiectum Item nota beata virgo dicitur
mater gratie quia oīnes peccatores ꝯſolatur. quod bene patet in quodam
miraculo. Unde in monaſterio beati Petri erat quidam frater qui male
vixit. hic aliquando cū quibuſdam fratribꝫ potionem medicinalem ꝓ cor-
poris ſalute accipiens ⁊ poſt hoc ſtatim ſine ꝯfeſſione ⁊ ſine ꝯmunione
defunctus eſt. cuius anima ad infernū per dyabolum ducebatur. qd̄ cer-
nens ſanctus Petrus acceſſit ad dn̄m Jeſum chriſtum orans pro anima
fratris ſui. Cui dominus. ignoras quid propheta dixit. Domine quis ha-
bitabit in tabernaculo tuo ⁊c̄. Qui ingreditur ſine macula ⁊ operatur iu-
ſticiam. quomodo poteſt ergo hic ſaluus fieri. cum neqꝫ ſine macula in-
greſſus ſit neqꝫ vt debuit iuſticiam operatus eſt. Hec audiens beatus pe-
trus venit ad beatam virginem Mariam ſciens certiſſime eius p̄ces ex-
audiri. Cum ergo ſurrexiſſꝫ beata virgo cum virginibꝫ ſuis precatura fi-
lium ſuū ſtatim chriſt⁹ dixit. Quid a me petis dulciſſima mater cū meis
ſanctiſſimis ſororibꝫ. Cui beata virgo. Pro illa anima ego rogo. Cui chri-
ſtus. Licet nemo poſſit in meo tabernaculo habitare niſi qui ſine macula
ingreditur. tamen ſi tibi placet vt indulgentiam conſequatur. concedo ꝙ
eius anima ad corpus reuertatur. vt de malis actibus penitentia peracta
tandem celeſti gloria perfruatur. ⁊ ille frater de morte reſurgens qualiter
a poteſtate dyaboli ſuffragijs beate virginis fuiſſet ereptus. oīnibꝫ narra-
uit. Et ergo merito mater gratie nūcupatur

Ave maria gratia plena dominus tecuꝫ virgo ſerena
Benedicta tu in mulieribus. que peperiſti pacem ho-
minibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris
tui. coheredes vt eſſemus ſui. nos fecit per gratiam

¶ Hic autor ſubinfert aliud canticū ab angelica ſalutatōe inchoatum
et beate virgini Marie dedicatū. Et diuiditur in tres partes. In prima
parte ſalutat beatā virginē angelus. Secūdo ꝯmendat eam de multitu-
dine gratie. Tercio dirigit petitionē. Secūda ibi. Te collaudet celeſtis.
Tercia ibi. Ergo maris. dicens. O (Maria) sᶜ exiſtēs (virgo ſerena) .i.
ſplēdida (plena) .i. repleta (grā) sᶜ dei (aue) .i. ſis ſalutata (dn̄s) sᶜ ſit (tecū

(tu) ſcʒ es (benedicta) id eſt benedictiõe repleta (in mulieribꝰ) id eſt inter
mulieres (que) ſcʒ Maria (peperiſti) id eſt genuiſti (pacem) id eſt chriſtũ
qui eſt pax vera (hominibꝰ) ſcʒ in mũdo exiſtẽtibꝰ (et angelis gloriã) id eſt
honorem (et fructus) id eſt filius (tui ventris) id eſt vteri (benedictus)
sᶜ ſit (qui) ſcʒ filius (fecit per gratiã) ſciꝫ ſuam diuinam (vt nos eſſemus
coheredes ſui) id eſt capaces et participes regni celeſtis

¶ Notandum. ſcribitur Sapieñ. iiij. O q̃ pulcra eſt caſta generatio
cum charitate. In his autem verbis commendatur beata virgo dupliciꝭ
ter. Primo in pulcritudine. cum dicitur. q̃ pulcra. Secũdo in caſtitate.
cum dicitur. caſta. De primo dicitur Canti. vij. Quaꝫ pulcra es ⁊ q̃ de
cora chariſſima. Et cantico. iiij. Tota pulcra es amica mea. Unde pulcri
tudo beate virginis legitur fuiſſe in tribꝰ. ſcʒ in vera dilectione. in humili
timore. in iuſta cognitione. Unde in libro ſapientie dicitur. Ego mater
pulcre dilectõis timoris agnitõis magnitudinis ⁊ ſancte ſpei. ¶ Circa
ſecũdum nota Iſidorus definit caſtitateꝫ ſic. Caſtitas eſt pulcritudo in
uiolata. que in quadruplicibꝰ ꝯmendatur. ſcʒ in cõnubio diuine deſponſa
tionis. in priuilegio angelice ꝯfortationis. in exemplo humane edificatioꝭ
nis. in triumpho dyabolice eiectionis ¶ De primo dicitur. ſecũda Cho.
xi. Deſpondi eñ vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto ¶ De ſe
cũdo dicit Johãnes Chriſoſtomus. Caſtitas eſt res angelica per quam
homines angelis aſſimulantur. Et quia caſti homines ſpecialiter angelis
ſunt conformes. ideo angeli eis ſpecialiter ſunt familiares ⁊ obſequioſi
¶ De tercio dicitur ꝑma ad Thimo. iiij. exemplum eſto fidelium in ver
bo. in conuerſatione. in charitate. in fide. in caſtitate. Ecce non ſolum tibi
per meritum ſed ⁊ alijs per exemplũ vtilis es. ſi in verbis cautus. in conꝭ
uerſatione honeſtus. in charitate pius. in fide fixus. in caſtitate mũdus es
Hec oĩa in beata virgine ſunt completa. ¶ De quarto dicitur in libro
Judith. Confortatum eſt cor tuum. eo ꝙ caſtitatem amaueris. Ecce be
ata virgo eſt illa caſta Judith quam dominus propter caſtitatem orna
uit. et cõfortauit contra Olofernem. id eſt dyabolum. de qua etiam dicit
beatus Hieronymus. Caſtitatis eius remunerator virtutem ei talẽ triꝭ
buit vt inuictum omnibus hominibus vinceret Olofernem quem nulꝭ
lus vincere poteſt niſi caſtus fuerit

¶ Secũdo nota circa angelicam ſalutationem. Prima duo verba ſci
licet. Aue Maria. ſunt declarata ibi. Aue preclara maris ſtella ⁊c̃. Tũc
ſequitur. gratia plena. quia nunq̃ꝫ deficit gratia eius. de quanto eñ plus
dat et auxiliatur. de tanto plus habet dare et auxiliari. quia ſicut fons viꝭ
uus ſemper emanat et nunq̃ꝫ deficit. ſed ſemper fluit et irrigat totum mũ
dum. ¶ Sequitur dominus tecum. heri fuit. ſemper fuit. et eſt in eterꝭ
num cum ea. quia idem angelus Gabriel. qui nunciauit ei Jeſum. prius
annunciauit Joachim et Anne ꝙ deberent generare virginem Mariaꝫ
et poſtq̃ꝫ beata virgo Maria nata fuit. ſpiritusſanctus obumbrauit et
cuſtodiuit eam ita ꝙ nunq̃ꝫ potuit peccare nec verbis nec opere. ¶ Seꝭ
quitur benedicta tu in mulieribus. bene ipſa fuit et eſt ineternum beneꝭ
dicta. quia concepit portauit et peperit chriſtum a quo procedit ſalus an
gelis. hominibus. ſanctis. et toti mundo ¶ Sequitur. fructus venꝭ

tris tui. quia ipſa tulit nobis precioſiſſimū fructum. ſcꝫ dominum ieſum
chꝛiſtum. ⁊ de eodem fructu nos quottidie quando audimus miſſam cuꝫ
ſacerdote ſatiamur ⁊ recreamur. quia ſacerdos dicit poſt communioneꝫ
quod oꝛe ſumpſimus pura mente capiamus. Iſte enim eſt fructus qui
dat nobis vitam tempoꝛalem in hoc mundo ⁊ ſecuritatem cum angelis
in regno celoꝛum

¶ Per hoc autem aue mundo tam ſuaue contra carnis iura
Genuiſti nouam pꝛolem ſtella ſolem noua genitura

¶ Hic autoꝛ commendat beatam virginem ex diuerſis virtutibus ⁊ ex
plenitudine miſericoꝛdie dicens (aūt) pꝛo quia. o maria (noua ſtella) .ſ. ma
ris (genitura) id eſt paritura (ſolem) id eſt filium dei qui ſol iuſticie dei eſt
(genuiſti) id eſt peperiſti (mundo) id eſt habitantibꝫ in mūdo (nouā pꝛo-
lem) id eſt filium (ꝑ hoc aue) id eſt ꝑ iſtam ſalutatiōem (cōtra carnis iura)
id eſt cōtra cōmunē generationis curſum

¶ Tu parui ⁊ magni leonis ⁊ agni ſaluatoꝛis chꝛiſti templū
extitiſti ſed virgo intacta. Tu es floꝛis et roꝛis panis. ⁊ paſto
ris virginum regina roſa ſine ſpina genitrix es facta

¶ Conſtrue (Tu extitiſti) id eſt facta es (templum) id eſt habitaculum.
(parui agni) id eſt ieſu chꝛiſti (⁊ magni leonis ⁊ ſaluatoꝛis chꝛiſti) id ē dei
(ſed intacta) id eſt immaculata (virgo) tu ſcilicꝫ maria (es panis) id eſt ci
bus (floꝛis ⁊ roris) ſcꝫ gratie O maria (tu exiſtēs (regina) id eſt domina
(virginum ⁊ roſa) id eſt flos (ſine ſpina) id eſt ſente (es facta genitrix) id ē
mater (paſtoꝛis) id eſt chꝛiſti qui eſt paſtoꝛ bonus.

¶ Tu ciuitas regis iuſticie. tu mater es miſericoꝛdie. de lacu
fecis ⁊ miſerie theophilum refoꝛmans gratie

¶ Conſtrue (Tu) ſcilꝫ maria es (ciuitas) id eſt habitatio (regis iuſticie)
id eſt dei (tu es mater miſericoꝛdie) id eſt pietatis. tu es (refoꝛmans) id ē
reſtituens (theophilum) ſic dictum (gratie) ſcilicet diuine (de lacu fe-
cis ⁊ miſerie) id eſt damnatiōis perpetue. Notandū autoꝛ in littera ap-
pellat chꝛiſtum leonem ⁊ agnum. Ipſe enim eſt leo ratione foꝛtitudinis ⁊
potentie. Unde ps. Sicut leo paratus ad pꝛedam. ipſe enim eſt leo foꝛ-
tiſſimus qui pꝛo nobis triūphauit. ergo dicit pſal. in perſona chꝛiſti leonis
confringam illos nec poterunt ſtare cadent ſubtus pedes meos. Etiam
ipſe eſt agnus per humilitatem ⁊ taciturnitatem. Unde Hieremias. Et
dum male tractaretur non aperuit os ſuum. Item Iſaias Quaſi agnus
innocens ad victimā ductus eſt. Secūdo nota. autoꝛ dicit beata virgo
eſt panis roꝛis ⁊ floꝛis. Per hoc intelligitur manna poſituꝫ in vrna aurea.
reconditum in archa. de quo dictum eſt pꝛius

De beata virgine

¶ Item nota dicit ꝙ beata virgo perduxit theophiluȝ de lacu miſerie. id
eſt ab eterna dam̄atione. Unde Theophilus cuiuſdam epiſcopi vice/
dominus fuit. qui tam prudenter ſub ipſo res eccleſiaſticas diſpenſauit ꝙ
mortuo epiſcopo omnis populus eum epiſcopatui dignum affirmaret. at
ille vicedominatu contentus alium in epiſcopū maluit ordinari. tandem
ab officio ſuo epiſcopus eum depoſuit. vnde ad tantam impatientiā per/
uenit. vt ad ſuam dignitatem recuperandā cuiuſdam iudei conſilium ex/
peteret. ille igitur dyabolum aduocauit. Theophilus ergo iuſſu dyaboli
chriſtum ⁊ matrem eius ⁊ negauit. ⁊ chriſtiane ꝓfeſſioni renunciauit. ⁊ ſu
per hoc cyrographum ſcripſit. ⁊ ſcriptū anulo ſigillauit ⁊ dyabolo dedit.
et ſic eius ſeruitio ſe ſubdidit. In craſtinū igitur per ꝓcurationem dyabo
li theophilus in gratiam epiſcopi receptus ad priſtinā dignitateȝ reſtitui/
tur. tandem ad ſe reuerſus de eo quod fecerat valde ingemuit ⁊ ad virgi
nem glorioſam vt ſibi in adiutorium veniret tota mente confugit. quadā
igitur vice beata maria in viſione illi apparens de impietate ipſum redar/
guit. ⁊ dyabolo abrenunciare precepit ac ieſum chriſtum ⁊ omne chriſtia/
nitatis propoſitum conſeruare ⁊ eum confiteri iuſſit. ⁊ ſic ipſum in ſui ⁊ fi
lij gratiā recuꝑauit. ⁊ in ſignum gratie iterum apparens ſibi cyrographū
quod dyabolo dederat ſibi reddidit. ⁊ ſuꝑ pectus ſuū poſuit vt iam ſe nō
ſeruū dyaboli timeret. ſed per virginem glorioſam ſe liberatum gauderet.
et hoc tangit autor in littera.

¶ Pro terminis nota. Aue ponitur hic nominaliter. Sȝ extra eſt verbuȝ
habens vim verbi ſubſtantiui. ⁊ exponitur pro ſum ⁊ componitur ab ex ⁊
ſto. Item lacus eſt nomen q̄rte declinationis. ⁊ eſt idē ꝙ receptaculū aq̄rū

¶ Te collaudat celeſtis curia. que mater es regis ⁊ filia.
Per te reis donatur venia. per te iuſtis confertur gratia

¶ Autor commēdat beatam virginem ratione ſuperceleſtiuȝ. ⁊ poſt hoc
infert petitionem dicens. O (beata virgo celeſtis curia) id eſt exercitus ce
leſtis (collaudat) id eſt honorat (te) ſcȝ mariaȝ (que es mater) id eſt geni/
trix (regis) id eſt chriſti (⁊ filia. donatur) id eſt datur (reis) id eſt peccato
ribus (venia) id eſt indulgentia ſiue remiſſio peccatoꝝ (per te) s^e^ mariaȝ
(gratia) ſcȝ diuina (confertur) id eſt datur (iuſtis) id eſt bonis hominibꝫ.
(per te) s^e^ mariam

¶ Ergo maris ſtella. verbi dei cella. ⁊ ſolis aurora
Paradiſi porta per quam lux eſt orta natum tuuȝ ora. vt nos
ſoluat a peccatis. in regno claritatis. quo lux lucet ſedula. col/
locet per ſecula Amen

¶ Autor infert petitionē beatā virginē dep̄cans. O maria exiſtens (ſtel
la maris) s^e^ et (cella). i. habitaculuȝ (verbi dei). i. filij dei (⁊ aurora ſolis)

id eſt chriſti (porta) id eſt ianua (paradiſi) ſcʒ celeſtis (per quam) ſcʒ portā
(lux) id eſt chriſtus (eſt orta) id eſt nata (ora tuum natuʒ) id eſt filium (ve
ſoluat) id eſt ſaluificet nos (a peccatis) id eſt a criminibus. ⁊ (collocet). ſ.
nos (in regno claritatis) id eſt in regno celorum (quo) id eſt in quo (ſedu-
la lux) id eſt continua claritudo. ſcilʒ dei (lucet) id eſt ſplendet (per ſecula)
id eſt eternaliter (Amen) id eſt fiat. ❧ Notandū plenitudo gratie beate
virginis patet in muliere de qua legitur mirabiliter ꝙ ipſa viri ſolatio de
ſtituta vnicum filium habebat. qui quadaʒ vice ab hoſtibus captus in cu
ſtodia ligabatur. Quod mater ꝑcipiens beatam virginem pro liberatio-
ne filij exorabat tandē videns ꝙ nihil proficeret. eccleſiam in qua erat ima
go beate virginis ſola intrauit. et coram imagine ſtans ipſam alloquebat
dicens O maria pro liberatione filij mei te ſepe rogaui. ⁊ adhuc nō ſubue
niſti. nunc pro filio meo imploro patrociniū. ſed adhuc nulluʒ ſentio fructū
Igitur ſicut filius meus ablatus eſt. ita ⁊ ego filium tuum auferam pro fi
lio meo. ⁊ eum in cuſtodiā pro filio meo ponam. ⁊ imaginem pueri quam
virgo in gremio habuit auferens. domū abijt. accipiensqʒ imaginem pue-
ri ipſam lintheo mundo inuoluit. ⁊ in archā reconditā incluſit bonū obſi-
dem ꝓ filio ſuo ſe habere gaudens. Et ecce ſequenti nocte beata virgo iu-
ueni in carcere apparuit. ⁊ ianuam aperiens eum exire fecit dicens. Fili dic
matri tue vt reddat mihi filium meum. quia ego reddidi ſibi ſuum. q̇ exi-
ens ad matrem ſuam venit. ⁊ qualiter beata virgo eum liberauit enarra-
uit. Illa igitur gaudens imaginem pueri ad eccleſiam portans matri red-
didit dicens. Gratias tibi ago domina mea. quia filiuʒ meum reddidiſti
mihi. propter quod tibi volo ſeruire ⁊ preceptis tuis obedire. nunc recipe
filium tuum quē fideliter cuſtodiui

**Vterus virgineus thronus eſt eburneus regis ſalo-
monis. Thronus admirabilis diſpar ⁊ diſſimilis vni
uerſis thronis**

¶ Hic autor ad reuerentiam virginis deſcribit aliud canticuʒ. in quo tria
facit. Primo comparat beatam virginem mariam ad thronuʒ ſalomonis
Secundo comparat eam ad vellus gedeonis. Tercio per exclamationeʒ
dirigit ad ipſam petitionem. ſecunda ibi. Sicut vellus. tercia ibi. O ſan
cta virginitas. dicens (Virgineus vterus) id eſt caſtuʒ corpus virginis
marie (eſt eburneus thronus) id eſt de ebore exiſtens (regis ſalomonis)
ſic dicti (admirabilis thronus) id eſt valde mirabilis (diſpar ⁊ diſſimilis)
id eſt inequalis ⁊ incorruptibilis (vniuerſis thronis). i. om̄ibus thronis

**¶ Virgo thronus extitit cui decus preſtitit tam precellens
ſummi regis vnicus hunc elegit thronum**

¶ Virgo) ſcʒ maria (extitit) id eſt exiſtit (thronus cui) ſcilʒ throno (vni-
cus) ſc̄ filius (ſummi regis) id eſt omnipotentis dei (preſtitit) id eſt dedit

(tam precellens decus) id eſt tam nobile donuȝ. s^c qui) elegit) s^c pre alijs (hunc thronum) id eſt virginis vterum

¶ Hec eſt ſedes gratie. domus pudicicie. ſedes ſummi dei
In hac ſede reſidet dominus. qui preſidet vniuerſe rei

¶ Conſtrue (Hec) ſcȝ maria (eſt ſedes gratie) ſcȝ diuine (domus) id eſt habitaculum (pudicicie) id eſt caſtitatis. s^c et (ſedes ſummi dei) id ē chriſti (dominus) ſcȝ deus (qui preſidet) id eſt preeſt (vniuerſe rei) id eſt omnibus creatis (reſidet) id eſt moratur (in hac ſede) id eſt in illa habitatiōe.

¶ Notandum. ſcribit propheta in pſal. Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Iſta verba poſſunt eſſe dei patris de filio loquentis cōmendādo gloriam matris. dicens thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. vnde beata virgo poteſt dici thronus dei. ⁊ hoc quattuor modis. Ipſa enim eſt thronus eburneus ſaphireus nubius ⁊ ſolaris. vnde verſus Ebur ſaphirus nubes ſol ſit tibi thronus. Virgo verſata vireſcens glorificata. Unde beata virgo dicitur thronus eburneus propter virginitatem. ſaphireus propter ſanctam conuerſationē in vulgo. De primo dicitur in littera. Unde Salomon pacificus interpretatur. ⁊ ſignificat chriſtum verum pacificatorem. cuius thronus eburneus eſt beata virgo. ⁊ hoc tangitur in littera vbi dicitur vterus virgineus thronus eſt eburneus. quia thronus iſte de ebore eſt factus. Ebur enim eſt animal multum candidum ⁊ frigiduȝ ⁊ magne caſtitatis per quod ſignificatur virgo glorioſa. quia tota fuit tam caſta mente quam carne. talis thronus talem regem decebat. Unde Bernardus. nec decebat deuȝ alia mater quam virgo. nec virginē alius filius quam deus quia nec autor inter filios nec autor inter matres naſci potuit. De ſecūdo dicit Ezechiel ⁊ aſpectus lapidis ſaphiri in ſimilitudine throni Per thronum ſaphireum beata virgo maria ſignificatur propter celeſtem ⁊ ſanctaȝ conuerſationē. Unde Hieronimus. in ipſa poſuit rex thronum ſuuȝ. quia concupiuit ſpeciem eius. De tercio dicit. Eccleſi. xxiiij. ⁊ thronus meus in columna nubis. Unde beata virgo dicitur thronus nubius. quia ſicut nubes plena vaporibus irrigat ⁊ vireſcere facit iſta inferiora. ſic virgo glorioſa irrigat ⁊ vireſcere facit animas fidelium. Unde Anſelmus. O ſcientia plena ⁊ ſuperplena gratia decoris plenitudine reſperſa vireſcit omnis creatura. De quarto dicitur in propoſitiōe preaſſumpta thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo. Unde beata virgo dicitur thronus ſolaris propter glorificationem quam habet in celis. Unde in libro canticorum dicitur de ea pulcra vt luna. electa vt ſol. Unde Auguſtinus. Hec eſt velut columna ſpecioſa pulcra vt luna. electa vt ſol. ianua celi. caput virginū. decus mulierum. ⁊ ergo autor bene dicit in littera quod iſte thronus eſt diſſimilis omnibus thronis. quia in eo dominus dominantium requieuit

¶ Pro declaratione terminorum nota. Uterus eſt nomen maſculini generis. ſecunde declinationis. Sed eburneus eſt nomen adiectiuum. deriuatum a nomine ebur quod ſignificat elephantem. Sed preſto eſt verbum tranſitiuum prime coniugationis compoſitum a pre ⁊ ſto.

¶ Sicut vellus maduit de celesti rore. ſic venter intumuit ſeruato pudore. Nec vellus corrūpitur imbre pluuiali. nec pudor amittitur in conceptu tali.

Hic autor ꝯpat beatā virginē ad vellus gedeonis dicēs (Sicut vellus) ſcȝ gedeonis (maduit) .i. madefactū fuit (de celeſti rore) id eſt gratia ꝛ tamen non erat corruptū (ſic venter) ſcȝ beate virginis (intumuit) .i. concepit (ſeruato pudore) .i. caſtitate. ſ. vt nec in ꝯceptu nec in ꝑtu fuit corrupta (nec vellus) gedeonis (corrūpit᷑ imbre pluuiali) .i. aqua pluuiali (nec pudor) id eſt caſtitas (amittitur in tali conceptu) id eſt in tali ꝯceptione

¶ Hec eſt aromatica cella creatoris. fertilis ꝛ vnica medela doloris. Nardus odorifera effundit odorem. oliua fructifera virga ferens florem.

(Nec) ſcȝ maria (eſt aromatica cella) .i. fragrans habitaculū (creatoris) id eſt dei (fertilis) id eſt fructuoſa (et vnica medela) id eſt remediū (doloris) id eſt pene (odorifera) id eſt redolens (nardus effudit) id eſt dedit (odorem) id eſt ſaporem (fructifera oliua ꝛ virga ferens) id eſt portans (florem) id eſt chriſtum.

¶ Hec vas pigmentarij. regale palacium. domus ē cedrina Angelorum domina. benedicta femina. celorum regina.

(Hec) ſcȝ maria (eſt vas) id eſt conſeruatoriū (pigmētarij) id eſt vnguēti (regale palaciū) .i. aula. ꝛ eſt (domus cedrina) .i. de cedro exñs (dña angeloꝝ benedicta femina) id ē virgo ſcȝ ꝛ (regina) id eſt domina (celorum) id eſt poloꝝ. Notādū. autor ꝯmēdat btām virginē in diuerſis que ſibi ꝑ ꝓphetas aſſcribūtur. Primo cōparatur ad vellus gedeonis. Unde in quādā hyſtoria beate virginis dr̄ vellus rore maduit dum virgo concipiebat. Sed rubus igne caluit qñ ꝟgo xp̄ȝ pariebat. Scḋo appellat eā cellā aromaticam. Juxta illud Eccł. Sicut cynamomū ꝛ balſamū aromatizans odorem dedi. Tertio appellat eam medicinam doloris. quia ipſa de miſericordia ſua omnibus in neceſſitatibus poſitis ſubuenit. Unde videntur viciſſim diſputare mater et filius. ꝛ dicit filius. ego occidā. Mater reſpōdet Ego viuere faciam. filius dicit. ego percutiam. mater reſpondit. ꝛ ego ſanabo. Quarto appellat eam nardum. Unde in canticis. Nardus mea dedit odorem ſuū. ¶ Item cōpat eā oliue q̄ꝺ ꝑtȝ Eccl. xxiiij. vbi dicit᷑. ego quaſi oliua ſpecioſa in campis ꝛ quaſi plantatio roſe in hiericho. Item appellat eam vas pigmentoꝝ .i. vnguentorum contētiuum. vnde in canticis. Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. ¶ Itē ipſa etiam vocatur domus cedrina. quod prefiguratum eſt in templo ſalomonis quod fecit rex ſalomō de lignis libani lenigatis quadris ꝛ ſectis ¶ Pro terminis nota. intumeo es ere. eſt verbū neutrale ſecūde cōiugationis. ꝛ ꝑcath ꝯcipere. Sed pigmētarius a um. eſt nomen adiectiuū

De beata virgine

deriuatū a noie pigmētū qꝺ dicit̃ quedā potio medicinalis multū vtilis.

O ſancta virginitas noſtra neſcit paruitas te digne laudare
Continet in gremio quem nec celi regio poteſt ſuſtentare.

Hic autoꝛ exclamādo ꝯmendat beatā virginē ꝛ cū hoc dirigit petitionē
ad eam dicens (O ſancta virginitas).i.caſtitas (noſtra paruitas neſcit)
id eſt non ſcit (te) s[c] mariam (digne laudare) id ē honoꝛare (ꝯtinet) s[c] ma
ria (in gremio).i.in vtero ſuo.ſ.illū (quē nec regio celi) id eſt celeſtis aula
(poteſt ſuſtentare) id ē continere.

¶ Pulchꝛioꝛ ſyderibꝰ et pꝛe mulieribus cunctis benedicta.
Placa tuū filium et purga fidelium omniū delicta. In te plu
it in te fluit deus ſuā gratiā. Ergo tue nobis plue gratie cle/
mentiam. ad beati tui nati transfer pꝛeſentiam Et cunctoꝝ
delictoꝛum confer indulgentiam.

¶ O maria (pulchꝛioꝛ) id eſt ſplendidioꝛ (ſyderibꝰ).i.ſtellis (ꝛ bn̄dicta
pꝛe cūctis mulieribꝰ).i.inter oēs mulieres (placa).i.mitiga vel exoꝛa (tuū
filiū).i.ieſum xp̄m (et purga).i.mūda (delicta).i.peccata (oīm fideliū).ſ.
hoīm (deus).ſ.oipotēs (pluit).i.roꝛauit (in te. ꝛ fluit).i.infudit (in te) ſcʒ
mariā (ſuā gratiā. ergo) tu (plue nobis).i.in nobis (clemētiā).i.miſericoꝛ
diā (tue gratie) tu (transfer).i duc nos (ad p̄ntiā tui beati nati).i.filij (Et
confer).i.da.ſ.nobis (indulgētiā).i.remiſſionē (cunctoꝝ delictoꝝ).i.oim
peccatoꝝ. Notādū au. tāgit hic in lr̄a immenſitatē dei cū dicit quē nec
celi regio ꝛc̄. vnde Grego. confirmat hoc idem qn̄ dicit. ſancta ꝛ immacu
lata ꝟginitas qbꝰ te laudibꝰ referā neſcio. qꝛ quē totus nō capit oꝛbis in
tua ſe clauſit viſcera. Hoc idē teſtat̃ qdā metriſta dicēs. Continet in gre
mio celum terramq̃ʒ regentē. Virgo dei genitrix ꝓceres comitātur heri/
les. Scd̄o no. autoꝛ dr̄. in te pluit ſuā grām. ꝑ quā btā ꝟgo gr̄a plena
nūcupat̃. Vn̄ plenitudo gr̄e patet in qdā languido q̄ habuit vnū pedē ar
dentē, q̄ caſu ad eccleſiā ſc̄tē ꝟginis veniēs ſanitatis grām cū toto mētis
affectu deſiderabat. cūq̃ʒ d..tius ibi moꝛeret̃. nec ſui deſiderij qd magnū
vel modicū impetraſſet pedē ſeꝑauit a crure. voluit em̄ pede potius care/
re q̄ʒ oibꝰ diebꝰ vite ſue ardere. Poſt multū vero tp̄is ſpaciū deꝑcādo vo
ce lachꝛimabili dixit. Heu me miſeꝝ doleo q̄ factꝰ ſum aduena o beatiſſi
ma dei genitrix. cūq̃ʒ talia ab eo fuiſſent ꝓlata naturali ſopoꝛi deditꝰ reqe
uit. ꝛ cū doꝛmiret venit btā ꝟgo leniter abſq̃ʒ coꝛꝑis leſione eū tāgēs ipm
a ſua infirmitate ſanauit. Ecce quanta plenitudo gratie in beata virgine
redundat. Item nota. maria exaltat̃ ſuꝑ omnes choꝛos angeloꝝ. quia
de ipſa cātat ecclīa. exaltata es ſuꝑ oēs choꝛos āgeloꝝ ſancta dei genitrix.
Igit̃ vt nos in valle huiꝰ miſerie exaltari valeamꝰ in futura patria. ipaʒ
ſequamur ꝛ eius veſtigia in quibꝰ ꝑuenire valeamus ꝛ poſſimus vitam
gloꝛie. Quam nobis conferre dignetur Jeſus chꝛiſtus dei filiꝰ in ſecula
ſeculoꝛum benedictus. A M E N

¶ Regiſtrum ſequentiarum ſm̄ numerum foliorum.

De natiuitate domini	Grates nunc omnes	fo.ij.
Eiuſdem	Natus ante ſecula	fo.iij.
Eiuſdem	Eya recolamus	fo.vij
De ſancto Stephano	Hanc concordi famu.	fo.x.
De ſctō Johē euāgeliſta	Verbum dei deo natum	fo.xv.
Eiuſdem	Joānes ieſu chriſto	fo.xiij
De Innocentibus	Laus tibi chriſte	fo.xxi
De Epiphania	Feſta chriſti	fo.xxiij
De Cōuerſione ſctī pauli	Dixit dominus ex baſan	fo.xxvi
De purificatōe.b.marie	Concentu parili	fo.xxix
Eiuſdem	Aue preclara	fo.xxxij
De Reſurrectione xp̄i	Victime paſcali	fo.xxxvij
Eiuſdem	Agni paſcalis eſu	fo.xxxix
Eiuſdem	Mane prima ſabbati	fo.xl
Eiuſdem	Virgini marie laudes	fo.xlij
Eiuſdem	Laudes ſaluatori	fo.cvij
De Inuētione ſctē crucis	Laudes crucis attollamꝰ	fo.xliij
De Aſcenſione domini	Summi triūphum regis	fo.xlvi
In die ſancto penthe.	Sancti ſpiritus aſſit	fo.xlix
Eiuſdem	Veni ſancte ſpiritus	fo.lij
De ſancta Trinitate	Benedicta ſemper ſancta	fo.liiij
De Corpore chriſti	Lauda ſyon ſaluatorem	fo.lvi
De ſctō Johē baptiſta	Sancti baptiſte chriſti	fo.lxi
De ſancto Petro	Petre ſumme chriſti	fo.lxiiij
De diuiſione apoſtoloꝝ	Celi enarrant gloriam	fo.lxvij
De ſancta maria magda.	Laus tibi chriſte	fo.lxxij
De ſancto Laurentio	Laurenti dauid	fo.lxxvi
De Aſſumptōne btē ma.	Congaudent angeloꝝ	fo.lxxix
De decollatōe Johis bap.	Pſallite regi noſtro	fo.lxxxij
De natiuitate.b.ꝟginis	Stirpe maria	fo.lxxxv
De ſancto Michaele	Sūmi regis archangele	fo.lxxxvij
De vndecimmil. virgi.	Virginalis turma	fo.lxxxix
De omnibus ſanctis	Omnes ſancti ſeraphin	fo.xci
De ſancto Martino	Sacerdotem xp̄i mar.	fo.xciij
De ſancta Elizabeth	Gaude ſyon	fo.xcvi
De ſancta katherina	Sanctiſſime virginis	fo.xcix
De ſancto Andrea	Deus in tua virtute	fo.cij
De ſancto Nicolao	Hoſpitati dedit egros	fo.ciiij
De cōceptōe.b.ma.	Dies leta celebratur	fo.cv.
De Apoſtolis	Clare ſanctorum	fo.cx.
De Euangeliſtis	Jocundare plebs fidelis	fo.cxi
De Martyribus	O beata beatoꝝ martyꝝ	fo.cxiiij
De Confeſſoribus	Ad laudes ſaluatoris	fo.cxv
De Virginibus	Gaude celeſtis ſponſa	fo.cxx
De Dedicatione templi	Pſallat eccleſia mater	fo. cxx

¶ Item ſeptē ille ſequentie q̄ ſequunt̄ ſunt de btā ꝟgine.ſ. Mittit ad virginem. Letabūdus exultet. Verbū bonū. Hodierna lux. Gaude maria Aue maria. Vterus virgineus. vt patet intuenti in fine opuſculi.

nouiter addite

Laus tibi xp̄e. cui ſapit qđ videt̃ ceteris eē ſurdaſtrū̃
Famulatu cui⁹ oīs cōpetit ſex⁹ ⁊ etas Recētes atq̃
teneri milites herodiano enſi trucidati te hodie p̄dicauerunt.

Hanc ſequentiā dr̄ edidiſſe be. Grego. in honorē ſanctoꝝ innocētiū In
q̄ tria facit Primo laudat xp̄m de ſua bonitate. q̄ꝛ dignat⁹ ē p̄ infantiū
et lactentiū ac pueroꝝ diſcretōe carentiū martyriū honorari Scđo admi
ratiue alloq̄tur xp̄m ſup̄ hm̄oi facto in ꝯparatōe ad alios mortales Ter
tio alloquit̃ ip̄os innocētes rogās q̄ten⁹ velint nos iuuare ſuis p̄cib; ap̄đ
xp̄m cui⁹ occaſione innocentē mortē ſubierunt. vt nos in regno ſuo di-
gnet̃ aſſumere Scđa p̄s ibi. Quis athletaꝝ. Tercia ibi O xp̄i p̄cones.
Pro euidētia ſciendū. q̄ꝛ iſtud feſtum bn̄ ordinat̃ poſt natiuitatē dn̄i. vt
xp̄o capiti oēs ſui comites adiūgerent̃. ſicut ſunt iſti innocētes q̄b; occa-
ſio mortꝭ fuit natiuitas xp̄i. ⁊ hoc quarto die poſt natale dn̄i. q̄ꝛ illo die in
terfecti ſunt ab herode anno ſequēti. Herodes eñ turbat⁹ ex rumorib;
auditis de nato puero cogitauit facere interfici oēs pueros. vt ſic xp̄us
nō euaderet quin etiā occideret̃. ſ; ip̄edit⁹ nō potuit hoc efficere niſi an-
no ſequenti Demandabat̃ eñ ab Auguſto ceſare cū duob; filijs ſuis ad
quē neceſſario habuit ire ⁊ ſic cucurrit annus poſt natiuitatē dn̄i. quare
anno ſcđo poſtq̄ꝫ redijt fecit ſic̄ p̄ſcribit̃ ¶ Scđo ſciendū q̄ꝛ triplex ē mar
tyriū Primū volūtate ⁊ ope. ſicut martyriū beati Stephani Scđm vo
luntate ⁊ nō ope. ſicut martyriū Johis euāge. q̄ꝛ in feruētis olei dolium
miſſus fuit In q̄ tāgit̃ volūtas. ſ; diuina ſe p̄tegēte grā illeſus exiuit. et
ſic op⁹ ſiue effect⁹ martyrij in eo nō habuit locū Terciū martyriū ē ope
ſ; nō volūtate. q̄le fuit martyriū innocentū. de q̄ tāgit̃ hic in lr̄a Primum
martyriū digniſſimū ē. deinde ſcđm digni⁹ ē tercio Ex quo ſumi p̄t ordo
iſtoꝝ triū feſtoꝝ poſt natale dn̄i Iſtis p̄miſſis p̄ maiori intellectu dicen
doꝝ ſeq̄tur ꝯſtructio in hunc modū. O (xp̄e) ieſu (laus) sᶜ ſit (tibi cui ſa
pit) .i. placet ſeu gratū ē. sᶜ illđ (qđ videt̃) .i. apparet (ceterꝭ) ſc; hoibus
(eē ſurdaſtrū) .i. abſurdū Sepe eñ deo placēt q̄ hoib; diſplicēt. q̄ꝛ hoīes
iudicāt de his q̄ foris apparēt ⁊ ſᵐ paſſiones. de⁹ aūt intuet̃ corꝫ ⁊ iudicat
in veritate De⁹ etiā neminē vult p̄ire. ſ; oē qđ venit ad ſe nō eijcit foras
nō accipit p̄ſonas. nō elegit inter etates aliquā repudiādo. imo facit vt ſe
q̄tur (cui⁹) ſc; xp̄i (famulatu) .i. famulatui ⁊ ſeruitio Famulatu antiqu⁹
datiu⁹ ē quarte declinatōis. ⁊ ita vetuſtiſſimi grāmatici declinare ſolent.
ſenat⁹ ſenatus ſenatu. met⁹ metus metu. ſ; hodie aliter declinat̃ (oīs ſe-
xus) ſiue maſcul⁹ ſiue femina. ⁊ oīs (etas) Itē ſunt ſeptē etates hoīs. ſ.
infantia. puericia. adoleſcentia. etas iuuenilis. virilis. ſenilis. ⁊ decrepita.
(cōpetit) .i. ꝯuenit ei. q̄ꝛ (recentes) .i. nouelli (atq̃ teneri) graciles parui
et debiles adhuc (milites) .i. ſatellites a militādo dicti (trucidati) .i. crude
liter interfecti (herodiano enſe) .i. gladio ip̄ius herodis aſcolonite (p̄dica
uerūt) .i. laudauerūt (hodie. te) sᶜ xp̄m Tres fuerūt herodes. ſc; aſcolo
nita q̄ interfecit pueros Antipas q̄ decollari fecit ſanctū iohēm baptiſtā
Et agrippa q̄ interfecit iacobū minorē ⁊ incarcerauit petrum

Licet nec dū potuerūt lingula. effuſione tamēte xp̄e ſui ſan-

**guinis preconati ſunt Lac cū cruore fundentes ad deū cla-
mitaturi. Uda pupilli quē gena miſeret ꝛ innocentis**

¶ Oſtēdit modū q̄ innocētes xp̄m laudauerūt. o (xp̄e. licet). i. q̄uis diſ-
cti recētes ꝛ teneri milites (necdū). i. adhuc nō (potuerūt te laudare ꝛ cō-
fiteri (lingula). i. lingua. qꝛ infantes erāt ꝛ vſu rōnis carētes (tn̄ p̄conati
ſunt). i. laudauerūt (te) s^e xp̄m (effuſione ſui ſanguinis) q̇ effundebatur
ꝓpter xp̄m inter eos q̄ſitū ad ꝑdendū ip̄m Un̄ iſti innocentes nomē dn̄i
nō loquendo. ſꝫ moriendo ꝯfeſſi ſunt. ꝛ ſic martyriū coꝝ fuit opeꝛ ꝛ nō vo-
luntate. vt p̄dictū ē (fundentes lac). i. humorē lacti ſilēm (cū cruore) id ē
ſanguine (clamitaturi) clamare debētes (ad deū) qꝛ innocēter occidebant̄
et ſic vox coꝝ tāq̄ꝫ oppreſſoꝝ ſine cā clamitabat ad deū ꝓ vindicta (quē)
s^e deū (vda gena). i. humida maxilla. qꝛ lachrimoſa (pupilli). i. pueri ma-
tre orbati. qꝛ iſti pueri matribꝯ inuitis eripiebant̄ (ꝛ miſeret). i. ad miſera-
tionē ꝓuocat (innocētꝫ). i. ſine peccato. qꝛ circūciſi. ꝛ ꝑ circūciſionē eo tꝑe
delebat̄ peccatū originale. ſꝫ nō ita efficaciter ſicut nūc ꝑ baptiſmum Uel
(innocentꝫ) qꝛ iſti pueri ſibiip̄is cā mortꝫ nō fuerūt. ſꝫ xp̄s iā natus q̇ in
eis q̄rebat̄ ad ꝑdendū Miſeret antiq̇tus ꝑſonale v̄bū fuit. ꝛ ita ponit̄
hic. hodie tn̄ impſonaliter ſolum ponitur. ꝛ hꝫ in p̄terito miſertum eſt vel
fuit. ꝛ regit accm̄ cū gtō. vt miſeret me tui

¶ **Quis atlethaꝝ fortiſſimus vnq̄ꝫ exercitibꝯ tantam chriſte
ſuis contulit victoriam Quantam vagiens coeuulis tuis tu
preſtitiſti mittens eos celum regnaturos perpetim.**

¶ In hac ſcd̄a ꝑte ām̄iratiue alloq̇tur xp̄m ſuꝑ victoria inocentū O xp̄e
(q̇s fortiſſim⁹ athletaꝝ) bellatoꝝ ꝛ ṗncipū ſiue ducū exercit⁹ inter mor-
tales (ꝯtulit vnq̄ꝫ). i. ꝯceſſit ꝓcurauit ſeu obtinere ordinauit (ſuis exerci-
tibꝯ) militū copiis a ſe miſſis. vel ſub eo militantibꝯ (tantā victoriā). i. triū-
umphū. q̄ſi diceret nullus (quantā) ſcꝫ victoriā. tu (vagiens). i. more pu-
eroꝝ flens. hoc ē adhuc infans Itē vagit⁹ pueroꝝ infantiū ē. vt patꝫ ibi
Uagit infans inter arta poſit⁹ p̄ſepia (preſtitiſti tuis coeuulis). i. coeta-
neis ꝯtēporaneis. ꝛ eiuſdē etatꝫ cū dictꝫ ſcꝫ innocētibꝯ ꝛc̄. Euum ē mēſu-
ra reꝝ habētiū ṗncipiū ſꝫ nō finē. ꝛ ponit̄ ꝑ tꝑe frequēter Un̄ coeu⁹ a um
et coeuul⁹ diminutiū (mittens eos celū) nō ꝙ ſtatim euolauerūt ad celū
ſꝫ poſt paſſionē dn̄i cū patribꝯ vna ṗmū aſcēderūt in celū (regnaturos) id
eſt triumphaturos ꝛ gauiſuros (ꝑpetim) id eſt perpetuo

¶ **O xp̄i p̄cones clari floreſq̄ꝫ martyꝝ choruſci Et ꝯfeſſorū
inſignes gemmule ſanctoꝝ Atq̄ꝫ ſteriliū in mundo virginū.**

¶ Iſta eſt tercia ꝑs in q̄ dirigit̄ orō ad ip̄os innocētes Et ponunt̄ plura
attributa recōmēdatiua. dicēs ſic (O xp̄i p̄cones). i. glorioſi nūcii Clar⁹
tranſumit̄ ad ſplendidū fulgore fame ꝛ glorie. ꝛ ſic ponit̄ ꝓ glorioſo Pre-
co dr̄ nunci⁹ agēda ꝓclamās ꝛ q̇ citare arreſtare ꝛ ſilia facere ſolet ꝓ iudi-
ciis Iſti innocētes merito dicunt̄ p̄cones xp̄i qꝛ de ip̄o nunciauerunt pa-

trib9 in inferno. ꝛ famā de ip̄o fecerunt in mūdo. qꝛ ſui occaſione tā multi occiſi ſunt p̱ herodē infantes (q̄ꝫ) p̱ et (choruſci flores) .i. ſplēdi ꝛ pulcri. martyꝝ) q̄ſi diceret ſplēdidiſſimi inter martyres. ꝛ (inſignes) .i. electi et notabiles (gēmule) .i. lapides p̄cioſi (ſanctoꝝ ꝯfeſſoꝝ) Metaphora ē. ſicut em̄ gēma āncellit alios p̄cioſos lapides in dignitate. ita pueri iſti innocētes p̄matū tenere videnꝰ inter ꝯfeſſores ꝛ ꝟgines. q̄re ſeq̄tur (Atq; ſterilium) fructū nō ꝓferētiū ſꝫ caſtaꝝ (ꝟginū in mundo) id eſt in hoc ſeculo

¶ Clari filioli. dulces puſioli nos iuuate p̄cib9. Quos chriſtus innocentem mortem veſtram miſerans. Pro ſeſe maturatam placidus exaudiens. Nos regno ſuo dignetur.

¶ Et o (clari) .i. nobiles (filioli) .i. filij parui (dulces puſioli) parui pueri Puſio puer paruus ſiue infans dr̄. Jn̄ puſiolus diminutiū (iuuate nos p̄cib9) ſcꝫ veſtris (q̄s) ſcꝫ puſillos (xp̄s miſerās) .i. cū miſericordia ꝛ viſcerib9 pijs aſpiciens (veſtrā innocentē mortē maturatā) .i. adimpletā ꝛ guſtatā (ꝓ ſeſe) .i. ſeip̄o xp̄o (exaudiens placidus) .i. placide benigne ꝛ fauorabiliter (dignet̃) dignos faciat ꝛ reputet (nos ſuo regno) vbi vna cū eo et ſanctis innocentib9 poſſimus ꝑpetue regnare Amen.

Laudes chriſto redempti voce modulemur ſupplici Omnis in hac die rerum natura iubilans. Perſonet immenſas filio dei gratias

¶ De feſtiuitate paſchali ē p̄ns ſequētia Et p̄t diuidi in tres ptes. Jn p̄ma autor hortat̃ nos ad reddendū xp̄o reſurgēti laudē Jn ſcd̄a oñdit qualē ſe xp̄s exhibuit in aſſumpta humanitate an̄ paſſionē ꝛ poſt ibi. Ab hoſte tentat9. Jn tercia p̱te recōmēdat diē paſchalē. ibi. Hec eſt dies. ¶ Sciendū. q̄ paſcha grecū vocabulū ē deductū a greco ꝟbo paſchomai id ē patior latine. qꝛ hoc t̄pe agn9 ꝛ xp̄s paſſus fuit Sed hebraice phaſe dr̄. hoc ē tranſit9. qꝛ hoc t̄pe filij iſrael tranſierūt ex egypto p̱ mare rubrū liberati a ſeruitute Pharaonis Cuius rei memoriā iudei ſingulis annis ſeruabant. ſꝫ in ſabbato. q̄ celebrat̃ hodie in die dn̄ica ne videremur omnino iudaiſare. Auguſti. tn̄ vult dicere. q̄ hoc nomē paſcha iſta duo in ſe ꝯtinet. ſcꝫ paſſionē ꝛ tranſitū tā ſc̄m ſcatōem q̄ꝫ ſc̄m vocē Scd̄m ſcatōez qꝛ in paſſione xp̄i fuit eius tranſitus de mortalitate ad imortalitatem Et ita ſc̄m eū ex duab9 linguis. ſcꝫ greca ꝛ hebraica facta eſt tercia ſcꝫ latina. Patet ergo q̄ hoc nomē paſcha aptū vocabulū ſit ad hanc ſolēnitatē deſignandā Et declinat̃ in p̄ma declinatōe ſub neutro genere. vel in tercia ſicut dogma. ſꝫ rarius ita inuenit̃ Huic ergo ſolēnitati paſchali bn̄ adaptat̃ iſta ſequētia. qꝛ in ea cōmemorant̃ trāſit9 dn̄i. paſſio ꝛ reſurrectio. ſicut patebit in expōne ¶ Cōſtrue Nos (recepti) .i. liberati de ſeruitute dyaboli (modulemur) .i. dulciter cantemus (xp̄o) ieſu q̄ nos ſua morte ꝛ paſſione redemit (laudes) .i. gratiaꝝ actōnes (ſupplici voce) .i. deuota ꝛ hu-

mili(oīs natura reꝝ)hoc eſt oēs res naturales Duplex eſt eñ natura.ſ.
naturans q̄ ē deꝰ.⁊ naturata. q̄ đꝛ vis inſita rebꝫ a deo ex ſilibꝫ ſilia ꝓcre/
ans.⁊ de illa tāgit̃ h̄(iubilās).i.ꝯgaudēs. Impꝛopꝛie ponit̃. qꝛ iubilās
mentis gaudiū đt(ꝑſonet).i.decātet(filio dei).i. xp̄o de bn̄ficijs nob̄ ab
ip̄o factis(imēſas grās).i.infinitas(in hac die)ſolēnitatis paſchalis

¶ Jam noſtri ꝯciues celeſtis ſanctuarij milites Oꝛdines no
ueni in veſtra nos adunate gaudia Hymnite nunc ſuperi pa
riter reſonate inferi Ut oīs in dn̄i ſpūs gratuletur eueſi.

¶ Et nō ſolū res huiꝰ mūdi inferioꝛis dicent grās ⁊ ꝯgaudebūt nobis
de redēptōe nr̄a.ſꝫ etiā O vos(noueni oꝛdies).i.nouē choꝛi angeloꝝ(no
ſtri ꝯciues) qꝛ nos hoies etiā ſumꝰ a deo creati ad poſſidendū cū angelis
ciuitatē celeſtē a qua vocamur ꝯciues angeloꝝ(milites).i. pugnatoꝛes.
(celeſtis ſanctuarij).i.regni celeſtꝫ Sanctuariū locꝰ đꝛ vbi reponuntur
res ſacre. ⁊ ponit̃ hic ꝓ celo.qđ ē locꝰ beatoꝝ(adunate).i.ꝯgregate(nos
in veſtra gaudia)ſcꝫ vt pariter vobiſcū ꝯgaudeamꝰ(iam).i.in hac die.o
vos(ſuperi).i.celeſtes ſpūs(hymnite).i.hymnū canite(nūc ⁊ pariter).i.
ſil' vos(inferi).i.inferioꝛes ſpūs vel creature(reſonate).i.decantate lau
des(vt oīs ſpūs).i.q̄libet creatura(gratulet̃).i.letet̃. ⁊ gaudeat(in eueſi)
in tranſitu vel victoꝛia(dn̄i).i.ieſu xp̄i creatoꝛis ſui. Superi inferi tm̄
pluralia ſunt ſicut ceteri adiectiue declinata Hymnus cāticū đꝛ laudis
Jn̄ hymnire ꝟbū Gratuloꝛ.i.gaudere de bono alterius qn̄qꝫ ad deū re
fertur.ꝓ grās habere ponit̃ etiā qn̄qꝫ Eueſis eſt tranſitus ſeu victoꝛia.
Un̄ q̄dā Eſt liber geneſis.eueſim dic eſſe tropheum.

¶ Qui hoīs cauſa deꝰ hō naſcit̃ ⁊ fragili carne ſe occulēs ꝓ/
bꝛe ſuſtinuit patiens Uirtutibꝫ ſignis vt deus emicuit.⁊ coꝛ
poꝛis noſtri neceſſitate fruens.verus terrigena claruit.

¶ Hic reddit̃ rō q̄re nos hoies ⁊ alie creature nobiſcū ſil' gaudere debe/
mus dicens(q̄)sᶜ dn̄s(deus)sᶜ exn̄s(naſcit̃ hō cā hoīs).i.ꝓpter hoiem
redimendū ⁊ reducendū ad gaudia paradiſi. vn̄ ꝓmus hō adā ſua culpa
quā in poſteros ſuos tranſmiſit eiectus fuit(⁊ occulens ſe).i. abſcondēs
in(fragili) id eſt infirma(carne) ſcꝫ humana.⁊ hoc ꝓpter dyabolum hu/
mane ſalutis inimicū p̄cipuū(ſuſtinuit).i.tolerauit(patiens).i.patienter
et voluntarie(ꝓbꝛa).i.ꝯtumelias ⁊ alias aduerſitates(emicuit).i.reſplē
duit(vt deꝰ.ꝟtutibꝫ).i.bonis opibꝫ.⁊(ſignis).i.miraculis. q̄ facere pu/
rus hō nō poterat. q̄ res fecit dyabolū dubitare(⁊ fruens neceſſitate).i.
indigentia(coꝛpis) humani.qꝛ patiebat̃ famē ⁊ ſitim.frigoꝛa ⁊ caloꝛes ⁊
alios defectus ſeu paſſiones nature humane(claruit).i.apparuit(verus
terrigena).i.homo.quare dyabolus voluit eum tentare ⁊ experiri an de/
us eſſet vel non.ſicut ſequitur in littera

Ab hoſte tentatus non eſt agnitus neqꝫ diuinitas patuit Ars artē deluſit. donec veteris nodū piaculi ſecuit. In ara crucis hoſtiam ſe pro nobis chriſtus obtulit deo patri. mor/te ſua noſtra mortificans crimina.

